

Sächsische

3

A

7979

Landesbibl.



DE  
CHARISMATE  
ΤΩΝ ΓΛΩΣΣΩΝ

CVIVS

PRAESERTIM ACT. II. ET I COR. XIV.  
MENTIO FIT

COMMENTATIO

QVA

RECENTIORES INPRIMIS INTERPRETVM  
HAC DE RE SENTENTIAE INTER SE  
COMPARANTVR.

AUCTORE

IO. ANDR. GEORG. MEYER,  
IN LYCEO HANNOV. COLLABOR.

---

HANNOVERAE,

TYPIS IOH. THOM. LAMMINGER.

1797.

Sächsische  
Landesbibliothek  
1 AUG. 1979  
Dresden

G

---

✕ ◆ ✕ ◆ ✕ ◆

## P r a e f a t i o.

---

Vereri quidem forte debebam, ne supervacaneam suscepisse atque nihil utilitatis habentem operam viderer, dum argumentum a V V. DD. saepius vel novissimis temporibus agitatum, denuo in medium afferrem: diversas tamen de argumento proposito interpretandi rationes (quas meos in usus primum collegeram) inter se facile comparari et uno quasi obtutu perspicui posse, non nihil praesertim eorum interesse putabam, quibus ipsa, in quibus illae dispersae sunt, varia scripta evolven-  
di occasio haud praebetur.

Neque vero est huius disputationis neque temporis ad eius modi disquisitionem mihi relictum, omnes et singulas interpretum de formula  $\gamma\lambda. \lambda\alpha\lambda\epsilon\iota\upsilon$  explicanda sententias undique conquirere ac recensere, sed multis forte praetermissis, praestantiorum tantum, pro virium modulo, in hisce pagellis tenuibus, delectum habuisse, contentus ero. Atque quam

diverse de re tractanda (cuius cum doctrina fidei non nisi remotior est nexus) iudicent Viri sagacissimi graeceque doctissimi, vel ex hacce commentatione abunde apparet. Quae quidem sententiarum diversitas, circa naturam et indolem rei quaesitae obtinens, eaque ad circumspecti iudicii commendationem maxime valens, me etiam impulit, ut formulam *γλωσσολαλῆν*, ex etymo vocis (*γλωσσα*) et usu loquendi profanorum comparato, explicandi conatus meos, non nisi modeste ac verecunde eruditorum examini subiicerem. In tam magno enim interpretum diffidio, in rebus praeterea coniectura magnam partem quae continentur et opinabiles sunt, neminem certum iudicem facile sedere, utendum potius et acquiescendum esse probabilibus, unusquisque puto profitebitur. Neque ignorabam, me iuvenem minime esse eum, penes quem tantorum Virorum arbitrium sit. -- Similem denique variarum de locis quibusdam difficilioribus sententiarum enarrationem, si hancce ab eruditis lectoribus minus probatam videro, ut facile obsequenti par est, lubenter retinebo.

Con-

---

## Conspectus commentationis.

---

### Sectio I.

De formula loquendi *γλωσσαις λαλειν* in genere agitur.

- §. 1. Loca in quibus occurrit haec formula in duo genera distribuuntur.
- §. 2. De priori genere *ἐλευθαις* et *καιναις γλ. λαλειν*, Act. II. et Marc. XVI.
- §. 3. De altero genere I Cor. XIV. et quidem I) de vulgari huius formulae interpretatione.
- §. 4. II. Explicatio huius f. de dono lingua hebraica utendi.
- §. 5. III. Explicatio de mera linguae agitatione.
- §. 6. IV. Alia interpretatio ad hanc quae proxime accedit.
- §. 7. V. Interpretatio de sermone enthusiastico nominibus peregrinis referto, maxime approbatur.
- §. 8. Usus loquendi e scriptoribus profanis evincitur.
- §. 9. Interponitur comparatio h. f. cum altera Act. II. et quid fuerint *γενη γλωσσων* I Cor. XII.
- §. 10. Contextus ratio habita. a) Laus divina fuit argumentum *των γλωσσ. λαλησάντων*. Insaniae suspicio.
- §. 11. b) Perobscura eorum erant effata.
- §. 12. c) Quatenus Paulus reprehendat hoc donum, et prophetiam proferat.
- §. 13. d) Habebat tamen ex P. sententia hoc donum et suam laudem.
- §. 14. 15. Continuatio.
- §. 16. Haec explicatio etiam reliquis locis apta est.

Sect.

## Sect. II.

qua locus memorabilis Act. II. seorsim spectatur.

- §. 17. De tempore et loco facti in priori h. c. dimidio enarrati.
- §. 18. De flammularum apparitione.
- §. 19. Interpretatio de visibili apparitione duplex.
- §. 20. Interpretatio de mero mentis viso.
- §. 21. Explicatio de methaphorica animi valde commoti sermonisque vehementer concitati descriptione.
- §. 22. De effusione Spiritus S. istam apparitionem insecuta
- §. 23. De dono linguarum exterarum interpp. in contrarias sententias distrahuntur  
I) Miraculum alii auditorum alii loquentium fuisse statuunt.
- §. 24. II. Alii perpetuum fuisse hoc donum alii transiens contendunt.
- §. 25. III. Explicatio qua ista facultas praevia disciplina acquisita dicitur.
- §. 26. Continuatio.
- §. 27. IV. Nova explicatio de variis legis interpretandae modis.
- §. 28. V. Interpretatio, quae externas linguas ab auditoribus peregrinis adhibitas statuit, approbatur.
- §. 29. De Iudaeis exteris viris religiosis, (ευνδαβεις)  
ab accurrente multitudine diversis.
- §. 30. Quid mirati sint auditores convenientes mente consternati
- §. 31. 32. Continuatio et Conclusio.

Sectio



## SECTIO I.

Qua de formula *γλωσσαις λαλεῖν* generatim disputatur.

§. I.

Locorum recensio.

**P**hrases per quas linguarum, quod vocant, donum (*χαρισμα των γλωσσων*) in N. T. declaratur, in duo genera, nisi fallor, recte dispesci possunt; 1) cum ipse Servator terram iamiam relicturus pollicetur Apostolis: „credentes in se *γλωσσαις καιναις* locuturos esse.” Marc. XVI. 17. Cf. Act. II. 4. ubi congregatos Lucas ait locutos esse *γλωσσαις ἑτεραις*; 2) ubi occurrit simpliciter illud *γλωσση* et *γλωσσαις λαλεῖν* Act. X. 44. XI. 15. XIX. 6. praesertim vero I Cor. XIV. ubi saepius Paulus hac loquendi formula utitur, quae I Cor. XII. 10. 28. permutatur universali nomine: *γενη γλωσσων*. Hae quidem dicendi formulae, pro synonymis vulgo habitae, ita tamen non nullis interpretibus differre visae sunt, ut eas, quas

A

ad

ad primum genus nunc retulimus, de usu peregrinarum linguarum acciperent, has vero (γλωσση et γλωσσαις λαλειν) vel de inarticulatis linguae sonis, vel alio modo accipiendas seduloque ab istis segregandas esse arbitrarentur. Iam de singulis videamus,

## §. 2.

De priori genere ἐξερ. γλ. et καιναις γλ. λαλειν Act. II. et Marc. XVI.

Quod ad eam attinet formulam, quae Act II. 4. occurrit, si ab uno forsan et altero harum literarum interprete recesseris, de linguarum peregrinarum s. exterarum usu unanimo quodam consensu accipitur, quamvis de natura et indole nec minus de utilitate huius doni, non mediocris inter VV. DD. sit dissensio. Vulgo illud ἤρξαντο λαλειν ἐξεραις γλ. accipiunt pro: *externis linguis loqui coeperunt*, quae ipsis non erant vernaculae, quas antea loqui non didicerant. Malim tamen, ut verum profitear, interpretari *de linguis alienis antea non in hunc usum adhibitis*, ut sensus constituatur hic: non modo sacra lingua laudes Dei celebrarunt, sed aliis quoque iisque diversis. Sed alteram huius commentationis sectionem huic loco valde memorabili cum tribuimus, aptior ibi hac de re latius differendi erit locus. Differentia fere nulla intercedere videtur inter modo laudatam et alteram loquendi formulam καιναις γλ. qua divinus Servator fiduciam habentibus ea praedicere videtur,

tur,

tur, quae primo loco Pentecostes die eventum habuerunt. Quodsi in posteriori huius dissertationis parte recte recepta est explicatio, miratos esse audientes, quod ausi fuerint Apostoli eorumque discipuli, in precibus publicis uti linguis exteris, non antea ad hunc usum adhibitis, tum etiam dubitari vix potest, Christum istis verbis (Marc. XVI. 17.) nihil aliud quam hoc contra Iudaeorum arrogantiam declarare voluisse: fore ut non tantum Iudaei lingua hebraica pro sacra habita utentes, sed homines cuiuscunque sint gentis nationis et linguae, preces in Deum unicum verum sua lingua fundant. Quod quidem tunc temporis a Iudaeorum vulgari opinione magnopere abhorrebat a). Est vero haec ea sententia, quam saepius auditoribus inculcare studebat divinus Praeceptor, quemadmodum in preclara ista parabola Matth. XX. 1-17. et in altera illa Luc. XIV. 16-24. In vitam redux diserte iubebat discipulis, ut (παντὶ κόσμῳ, πᾶσι ἔθνεσιν) cuiuscunque religionis incolis, quae comperta habebant explanarent. Vid Matth. XXVIII. 19. et Luc. XXIV. 47.

A 2

ubi

- a) Sic fere auditoribus suis (e quorum numero me fuisse gaudeo) hunc locum interpretari memini Ill. Eichhorn, qui in Biblioth. ad promovendam literaturam biblicam locis mox excitandis non singulariter respexit ad h. locum, quem quidem varium explicandi modum admittere plerique omnes fatentur. Nec satis constat inter VV. DD. an vere ultimi huius Evangelii versus inde a v. 9. ad finem usque a Marco ipso profecti sint. Desunt saltem in multis priorum seculorum codd. Vid. Wetsten. ad h. l. et b. Michaelis Einleitung in die Schriften des N. B. p. 1059. sq. Eiusdem Auferstehungsg. p. 179-186.

ubi diserte monentur Apostoli, ut non iam Iudaeae sese finibus contineant, sed populos quoscunque nullo habito discrimine adeant, eosque institutione adhibita ad coetum Christianum adducant; cf. Act. I. 8. et X. 34. Comparare quoque licet Ps. XXII. 28. sq. XLVII. 9. XCVI. 10. et locum memorabilem Zephan. III. 9. His admissis et in locum nostrum translatis, verba *καιναις γλ. λ.* cum iis, quae v. 15. antecesserant (*πορευθεντες εις τον κοσμον &c.*) nexum habere videntur, licet ea ex isto loco in nostrum (v. 17. ubi de miraculis agitur) irrepsisse auctoritate nulla suffultus, equidem non statim contenderim.

Facile hoc est ad intelligendum, facultatem miraculosam (*δυναμεις*) ecclesiae primaeve doctoribus ad stabiliendam ipsorum auctoritatem et ad auditores alliciendo necessariam fuisse, cum plurimi auditorum argumentis sub sensum haud cadentibus non possent adduci, ut sponte novam hanc religionem appeterent. Libenter concedamus adeo, caetera quae v. 17 et 18 leguntur, pertinere ad dona miraculosa Apostolis, ut eo melius publicum eorum officium exsequerentur, a Deo concessa, ipsa autem verba *γλ. κ. λ.* modo ea ad antecedentia v. 15 referamus, nostram interpretationem admittere, imo postulare videntur. De linguis enim *novis* h. nullibi adhuc existentibus non esse cogitandum, per se satis apparet. Propter ordinem vero, quo nunc haec formula legitur, si quis eam ad *σημεια* spectare malit, hoc ipsum vo-

ca.

cabulum latiori sensu (de re nova atque miranda, e. auffallend. Phaenomen) ut accipiat, necessarium videtur. b)

§. 3.

De altero genere 1 Cor. XIV. quod praesertim occurrit, et quidem I. de vulgari huius form. interpretatione.

Ad vulgarem huius formulae interpretandae rationem quod attinet, (cui defendendae novas curas addixerunt Ven. Storr. et Ill. Paulus) facile unusquisque puto concedet, de usu peregrinarum linguarum, non tantopere repugnante orationis nexu, illud  $\gamma\lambda\omega\sigma\sigma\eta$  et  $\gamma\lambda\omega\sigma\sigma\alpha\iota\varsigma$   $\lambda\alpha\lambda\epsilon\iota\upsilon$  posse exponi. Persuasissimum equidem habeo, hos quoque Duumviros ita suis utrumque haud contemnendis nixos fuisse argumentis, ut multos semper fore, in hac vulgari interpretatione qui acquiescant, nullus equidem dubitem. Usus praeterea loquendi,

- b) Ill Hezel, eminentis ingenii pariter ac doctrinae Vir, lucem huius loco affundere studet, in libro saepius nobis excitando: *Schriftforscher* 2 B. 2 St. p. 331. cf. p. 370 „So viel wir wissen, kamen die Apostel mit der Lehre Jesu, unter kein Volk, unter welchem sie sich nicht entweder in ihrer Muttersprache oder im Griechischen hätten verständlich machen können. Gesetzt aber dies wäre geschehen: so hätte ihnen die Vorsehung doch nicht die Mittel versagt, sich auf irgend eine Art verständlich zu machen. — In der Sprache kein Hindernis in der Verbreitung der Lehre Jesu, unter fremden Völkern zu finden, das, das nur war es, was, meinem Gefühle nach, Jesus seinen Aposteln hier versprach.“

di, secundum quem vox *γλωσσα* vel simpliciter posita, metonymice denotet linguam s. certam quandam dialectum, haud potest negari. Vid. Ven. Schleusner in N Lex. sub h, v. Attamen (vel si facultatem usu et exercitatione comparatam assumamus) propter Ill Eichhornii, Viri optime de his literis meriti, dubitationes haud paucas dissentire cogor, quarum quas praecipuas habeo, breviter iam attingere liceat. 1) Homines *γλωσση* s. *γλωσσαις λαλιαις* non ad hominum captum sed res arcanas sibi uni non nisi Deo teste locutos esse legimus, cum tamen vix intelligas, cur auditores eadem dialecto utentes, sic dicta non probe perceperint. Apud alios vero dicere, absurdum videri posset. 2) Opponit porro huic dono Apostolus alterum illud prophetiae, cum unum tamen alterum non excludat; prophetia enim (quocumque modo eam explicemus) cur non etiam in lingua peregrina sit adhibenda? 3) Tum vix assequi licet, cur locuturus lingua peregrina studio comparata sua praesertim in patria utens, non ipse semper effata sua in vernaculam vertere potuisset. 4) *Μανιας* denique suspicio non in dicentium copia, sed in ipso dicendi actu quae quaeritur, in homines peregrina lingua tranquille utentes non fatis cadere videtur. Uberius haec etiam exposuit Cl. Bardili, dignissimus cuius tota legatur commentatio: de significato primitivo vocis *προφητης* ex Platone cruto.

## II. Explicatio huius form. de dono lingua hebraica utendi.

Haec fere omnia opponi etiam possunt sententiae factis notaе, qua τῆς γλ. λαλιῶας lingua hebraica vulgo iam ignota in Ecclesia preces habuisse, vel, pro veteri Synagogarum more, Scripturam ex textu Hebraeo legisse arbitrantur c). Similiter b. Döderlein in Bibl. theol. Tom. IV. p. 222 sq. donum linguarum interpretatur de facultate conficiendi hymnos lingua hebraica, quae iam illis temporibus a communi et vernaculo usu defueverat, cf. Eiusdem christl. Religionsunt. Tom. I. p. 351.

Non quidem mirum foret, usu loquendi semel turbato, si formula γλωσσῶας λαλεῖν etiam de iis, qui praeter vernaculam graecam una tantum hebraica lingua nati Iudaei uterentur, usurpari consuevisset. Haec tamen explicatio dum haud vacat difficultatibus antea dictis in alias, nisi fallor, adhuc incurrere videtur. Nescio quid tunc haec facultas pertinens ad homines iudaeae

c) Hanc sententiam tuetur Ill. Hezel Schriftf. 2 B. 2 St. p. 391. cf. p. 410. „Hauptsächlich Kenntniß der hebräischen und chaldäischen Sprache, und daher das Vermögen in den Versammlungen Stücke aus den heil. Büchern A. B. in der Ursprache vorzulesen. — Diese konnten also in der Gemeinde eine gewisse Rolle spielen, in welcher sie sich selbst gefielen, auf Kosten der Zufriedenheit der übrigen vormals heidnischen Glieder.“

caae originis et vanitatis, fuerit apud Cornelium eius-  
que familiares, de quibus Act. X. 45. Lucas sic loquitur:  
ὅτι καὶ ἐπὶ τὰ ἔθνη ἡ δῶρεα τῶν ἁγίων  
πνεύματος ἐκκεχυταί et v. 46. ἤκιστον γὰρ  
αὐτῶν λαλιῶν γλώσσαις. Etiam Corinthio-  
rum πνευματικῶν magnam saltem partem exgenti-  
lem fuisse, admodum probabile fit. Vid. Ven. Storr  
Not. hist. p. 47. p. 61 sq.

Nec a verisimili valde abhorret, doctores Corinthios  
coram coetibus Christianorum mixtis usos esse ad lectio-  
nem publicam versione graeca Alexandrina. Omnium  
enim ineptiarum haud scio an ulla sit maior, quam dicere  
et legere apud eos, qui non intelligunt. Vix praeterea a  
me impetrare possum, ut ἑλερογλώσσας (quae v. 21  
22 pro poenae divinae signo habentur) de lingua he-  
braica Iudaeis sanctissima accipi, atque τῆ προφητείας  
opponi posse putem d). Sed mihi nunc obscura esse  
pos-

d) 2 Cor. 3, 5 - 11. severioris disciplinae Iudaicae  
quidem mentio fit, tanquam doctrinae, quae poenas  
nunciat. cf. Gal. 4, 1 - 6. Ex altera quoque parte  
veterum scriptorum lectio a Christo ipso (Ioh. 5,  
39. Luc. 16, 29.) et ab Apostolis (Rom. 15, 4.  
2 Tim. 3, 15.) tanquam utilissima commendatur.  
cf. Act. 13, 15. Etiam i saec. scripta V. T. publice  
recitata esse testatur Iustin. Apolog. I. c. 67. — Vid.  
Vitringa de Synagoga Iudaica III. I. c. 6. cf. b. Mi-  
chaelis ad Nehem. VIII. 8. et Ill. Eichhorn Einl. ins  
A. T. I. pag. 315. Sed nunc non de ipsius V. T.  
lectione, cuius summa fuit auctoritas apud Iudaeos



possunt, quae acutiori alteri satis sunt dilucida in hac  
 explicatione, quae antiquitatis quoque auctoritatem ha-  
 bet. Vid. Poli Synops. ad h. l. et Lakemacher in Obser-  
 vatt. Philol.

§. 5.

III. Explicatio de mera linguae agitatione.

Dicendum nunc est de ea sententia, qua Ill. Eichhorn  
 (Bibl. II. p. 297 sq.) de furore religioso, balbutientium-  
 que linguae agitatione, illud  $\gamma\lambda. \lambda.$  interpretatus est ;  
 nitens potissimum ipsius Apostoli explicatione adiecta  
 (I Cor. XIV. 9.)  $\delta\iota\alpha\ \tau\eta\varsigma\ \gamma\lambda\omega\sigma\sigma\eta\varsigma\ \mu\eta\ \epsilon\upsilon\sigma\eta\mu\omicron\upsilon\ \lambda\omicron\gamma\omicron\upsilon\ \delta\iota\delta\omicron\nu\alpha\iota$ , quod quidem ex sententia  
 Viri Illustris est: *per linguam* (tanquam organon) *edere*  
*vocem non bene significantem s. uti sonis inarticulatis*  
*sensuque cassis* (lallen, blos mit Bewegung der Zunge  
 unverständliche Töne hervorstoßen.) Etiam praedicata  
 $\tau\omega\ \gamma\lambda. \lambda\alpha\lambda\epsilon\iota\upsilon$  passim tributa cum facultate lingua  
 peregrina utendi, ex iudicio Viri Cel. (licet non sine  
 aliorum intercessione) aequè bene ac cum ea per solum  
 linguae organon loquendi, non sunt concilianda c).

Sed

patrii moris tenaces, sed de hebraicae linguae usu  
 in ecclesia mixta solummodo quaeritur.

- e) Eandem Eichhornii interpretandi rationem professus  
 est Cl. Bardili in libro supra allato. Ante eum sic  
 visum est Thom. Morgano Anglo in: Moral Philoso-  
 pher

Sed vide sententiam hanc I. c. et III. p. 230 sq. plenius  
expositam, argumentisque commendatam, quae et nos nu-  
per in has partes traxerunt.

Iam pace Viri humanitate aequae ac doctrina excellen-  
tissimi e dubitationibus quas publice professi sunt aliter  
sentientes, unam et alteram repetere liceat. 1) Eadem  
formula loquendi occurrit Act. X 46. XIX. 5. nec le-  
vissimo mutatae significationis indicio ab altera illa (Act.  
II. 4.) discernitur (nisi forte ipsam omissionem verbuli  
*ἐλεεινῶς* facile vero supplendi huc referamus) cum ta-  
men vix cogitare possis, cur Lucas, ac si phaenomenon  
illud satis esset notum, nihil in re tantopere diversa, ad  
recte intelligendum admonuerit. 2) Nec vident iidem  
VV. DD. cur Paulus tam multum huic dono tribuerit,  
(vide v. 4 5. 17. 18.) cum tota nimirum res, inter bar-  
bariae reliquias si eam habeamus scilicet ex ethnicis Orgyis or-  
tam, quam plurimum Christianismo nocere et ad furorem  
quasi fanaticum incitare potuisset, adeoque longe seve-  
riori

pher Vol. II. p. 231. (ed. London 8.) Iam quidem  
Chrysostronus (auctore Theophylacto in Comment.  
ad I Cor. XIV. 14.) interpretatur: *χαρισματα*  
*το κινῆσαι τὴν γλῶσσαν*, effectum tamen in-  
telligit Spiritus S. linguam ita moventis, ut linguis  
exteris loquerentur. Vid. v. c. Homil. XXXV. (Tom.  
X. p. 325.) „*Ἄν γὰρ ἴης φθεγγεῖαι*  
*μόνον τῆ Περσῶν γλῶσση, ἢ ἕτερα*  
*τῶν ἄλλοτριῶν &c.*

rioni reprehensione adque obiurgatione digna fuisse videatur. Non praeterea is erat Paulus, qui in rebus praesertim gravioribus animi sententiam Christianis suis libere aperire dubitaret. 3) Mirantur porro, cur isto tempore tam multi iique viri, tanta corporum imbecillitate atque irritabilitate laboraverint, ut ad spasmos et convulsiones (huc enim omnia redire) tantopere inclinarent f). — Sed (verbulum interponere liceat) contagiosae animorum aegritudinis memores simus. Phantasiae enim exaltatae morbus facillime vel exspiratione alios, praesertim ieiunos arripere et inficere solet, cuius rei exemplum huc maxime pertinens exhibet S. R. Niemeyer Charact. d. B. V. p. 303. Caeterum hanc explicationem de linguae (organi) usu ad dicendum nimis sane urgent alii, cum ex ipsius Eichhornii, nisi fallor, sententia, magis mitiganda, et non nisi ad singulos forte in summa mentis agitatione emissos invito sonos restringenda videatur.

## §. 6.

## IV. Alia interpretatio ad hanc quae proxime accedit.

Sententiam modo explicatam proxime attingit, si illud *γλωσση* et *γλωσσαις λαλειν* sumamus de summa

f) Haec fere sunt, quae nuper Viro Illustri obiecit Anonymus: in: Beiträge zur Beförderung des vernünftigen Denkens in der Religion, St. XVI. p. 62 sq. XVII. p. 68 sq. Cum his et illis quae antea iam in hunc explicandi modum disputaverunt Ven. Storr. Not. hist. p. 43 - 72 et Ill. Paulus N. Repert. I. p. 276 sq. accurate comparari malim, quae ipse respondit Ill. Eichhorn I. I.

ma quadam mentis exaltatione, non perpetua oratione sed gesticulando s. externis corporis motibus solummodo se exferente. Exprimebant tunc *οἱ γλ. λαλῶντες* animi valde commoti sensus, non tam sonis inarticulatis (nisi singulis forte, ut fieri solet in tacita mentis agitatione, haud de industria emissis) quam murmure potius quodam labiisque movendis g). Surgebant in concione sic mente tacitaque cogitatione precantes, ut animi in entusiasmum abrepti statum et conditionem, motu, gestu, vultu indicarent. — Qua explicatione admissa vix monitu opus est, quomodo accipiendum sit illud v. 2. *ἐκ ἀνθρώποις λαλεῖ, ἀλλὰ θεῷ, ἔδει γὰρ ἀκθεῖ.*

Disideratum quoque lumen accipit illud: (*ἐν*) *πνεύματι λαλεῖ* cf. v. 14. *το πνεῦμα με προσευχέας.* (Sic Ephes. V. 19. *ἄδοντες καὶ ψαλλόντες ἐν τῇ καρδίᾳ ὑμῶν τῷ κυρίῳ*) cf. Phil. III. 3. Ioh. IV. 24. Convenit quoque v. 16. *πῶς ἔρει το ἀμην ἐπὶ τῇ ση εὐχαριστία;* *ἐπειδὴ τι λέγετε, ἐκ οἴδ' ε* et v. 17-20. Etiam

g) Sic forte interpretandum est Ps. XXXIX. 4. *lingua sola h. murmurando dixi*, quod alii accipiunt de mero pleonasmō, ut Ps. XCI. 8. et Ezech. XLIV. 5. *videre oculis*. Ps XLIV 2. *auribus audire*. — Egrege haec sententia nuperrime exornata est per comparisonem cum I Samuel. I. I. 13 sqq. in Ill. Eichh. All. Bibl. VI. 3.

Etiam oppositio τὸ προφήτευειν (distincte eloqui)  
 nec minus infaniae illa opinio satis est perspicua. Nec  
 magnopere forsan obstat v. 11. ἔσομαι λαλεῖν ἡ  
 βαρβαρος, cum quo scilicet linguam eius ignoran-  
 tes eodem simili saltem modo agere solemus. Comparationem  
 quoque ab instrumentis musicis distinctos sonos  
 non edentibus petitam v. 7. satis adaequatam deprehen-  
 des. Minus vero quadrare non negaverim effatum Ie-  
 saiae, quod dictis suis accommodare studet Apostolus v. 21.  
 22. Si quis tamen hanc tueri velit explicationem, ei  
 sensus v. 28. σιγαῖω ἐν ἐκκλησία &c. erit forte  
 hic: si non adest, qui interpretetur (causam scilicet ani-  
 mi commoti) tacitus potius sedeat (σιγαῖω ac secum  
 agat cogitando, compressis labris ut caeteri, aut concione  
 dimissa domum regressus, preces in Deum fundat (ἐαυτῷ  
 δε λαλεῖν καὶ τῷ θεῷ).)

Similis exstat interpretatio, a parocho quodam Suevo  
 in singulari dissertatione (a. 1773) prolata, cuius qui-  
 dem ipsius legendae potestas mihi defuit, sed iis tantum,  
 quae in narratione critica (Allg. d. Bibl. T. XX. p. 162.)  
 excerpta inveni, uti licuit. Verba ibi sic se habent:  
 „Mehr als Pantomime, doch unarticuliert muss die Spra-  
 che gewesen seyn. Paulus setzt die zur Empfindung  
 des Geistes bewegte Seele (πνεῦμα) dem ruhigen Sinn  
 (ἄσπαστος) entgegen, oder neben, nach einander. — Nur  
 wenn die Wogen verbraust hatten, floss aus diesem  
 Meere der sanfte Lehrstrom, das προφήτευειν.“ —

Idem

Idem Vir doctissimus illud ἑτεροῖς γλ. λ. Act. II. 4. interpretatur: „in einer neuen Sprache reden, und das war diese Sprache des Geistes für fühlbare Seelen. Jeder glaubt seine Sprache zu hören, weil er die Wundermänner versteht, — schlechte Menschen standen dabey und spotteten.“ &c. Iam ad unam quae adhuc reliqua est eamque nec ab hac nec a vulgari multum diversam explicationem, progrediamur.

## §. 7.

V. Interpretatio de sermone enthusiastico peregrinis nominibus referto maxime approbatur.

Communes puto sequitur rationes eruditorum, qui istos homines, quibus tribuitur το γλ. λαλειν, in statu phantasiae intentioris mentisque vehementer commotae fuisse iudicat, cum omnium etiam locorum, quibus huius rei mentio fit, contextus tam perspicue eoducere videatur. Vid. Ill. Eichhorn l. c. et Herder, Vir summe Ven. in libro elegantissimo: Ueber die Gabe der Sprachen am ersten christl. Pfingst. p. 81 sq. Consentit etiam Vir Anonymus in adnott. ad Middletoni Angli Miscell. Tracts. h) in vulgari tamen, ut videtur, interpretatione

ac-

h) In versione theod. p. 199 sq. „Man könnte vielleicht annehmen, dass es in einer Fertigkeit bestanden, in einer begeisterten, hochtönenden, figürlichen oder überhaupt in einer hohen poetischen Sprache zu reden. — Schickliche und würdige Gegenstände, der, glei-

acquiescere mavult, dubitans proposita ab ipso explicatio Graeci sermonis rationi satis sit accommodata. Nec aliter usum loquendi desiderat et dubius haeret in interpretatione simili eaque valde memorabili Vir doctissimus (in: Beiträge zur Beförderung des vernünftigen Denkens &c.) ut *γλωσσῶν* sint: „egregiae sententiae, doxologiarum particulae in diversis Synagogis usitatae” i) Homines enim generosiores diversarumque dialectorum haud ignaros, cum verba propria et vernacula ad animi sensa exprimenda deficerent, a patria lingua graeca, vel a communi loquendi consuetudine interdum deflexisse atque aberrasse, satis bene, nisi fallor, cum statu mentis incitatoris potest comparari, modo τῶν γλωσσῶν λαλοῦντας non ita furore actos et arreptos fuisse dicamus, ut suae non essent potestatis, sed qui cum sapien-

gleichen die grossen Thaten Gottes waren, Würden dann von einem solchen Zungenredner mit einem Odenschwunge, in seltenen ausgesuchten Ausdrücken, oft in Wörtern, die aus fremden Sprachen entlehnt waren, oder in ganzen Redensarten und Tiraden aus denselben, mit ungewohnten Wendungen, in kühnen Bildern und Metaphern, die oft bis zur Allegorie hinausgeführt wurden, mehr gemahlt und besungen, als beschrieben und geredet seyn.”  
Cf. N. Allg. d. Bibl. X. p. 441 sqq.

- i) Fascic. XVI. p. 62. et XVII. p. 68 sq. „Recitationsstücke aus verschiedenen Provinzialsynagogen. Bruchstücke andächtigen liturgischen Inhalts, die der eine in dieser, der andere in jener Sprache oft gehört.”

Totus locus dignissimus est qui legatur et cum eo in not. anteced. comparetur.

pientia quadam infanientes, erumpente affectu, verba insolentiora, audaciora atque peregrina pleniore quasi ore profunderent. — In hac vero sermonis *enthusiastici* (ut ita dicam) explicatione, multorum sane suffragio probata, hoc nobis relictum est unum, ut investigemus, num haec interpretandi ratio, cum usu loquendi et potestate vocabuli *γλωσση* conveniat. Nam suppositam hanc orationis acrioris et vehementioris notionem, nexui orationis ita conformem esse, ut locis omnibus ubi occurrit phrasis saepius dicta, omnino satisfiat, in eo ad unum fere omnes Interpretes nobiscum facturi sunt. Iam igitur linguae atque usus loquendi rationem habentes, partem relictam, pro angusto virium modulo explebimus.

## §. 8.

### Usus loquendi e scriptoribus prof. evincitur.

Vis et potestas h. formulae, si quid sentio, duabus praesertim in rebus vertitur, quarum una est *peregrine* et *inusitate* loqui, altera *translate* atque *figurate*.

I) Apud exteros quoque et purae graecitatis scriptores *γλωσσαι* sunt vocabula *peregrina*, ex alia lingua petita, tum etiam *obsoleta*, minus *usitata*, *insolentia*. Sic Plutarch. de audiend. poet. Tom. VI. p. 78. (ed. Reiske)

*τας λεγομενας γλωσσας* accipit de voc. peregrinis ex alia dialecto et ex vetustate repetitis, quod quidem exempla larga manu apposita, abunde docent.

Nec





„*occurrens, sed graecae gentis certae aetati, nationi aut  
 „classi proprium, ceteris vero incognitum, ut obsoletam  
 „vel peregrinam dictionem sine grammatici interpretatione  
 „vel glossario intelligere non possent.*” Quos *V. S.* exitat  
 Fabricium ad Sextum Empir. adv Grammaticos §. 79. et  
 Aristotelem apud Iac. Cappellum ad I Cor. XIV. 2. com-  
 parare mihi non licuit. — Satis notum est, ipsa inter-  
 pretamenta eiusmodi vocabulorum vel in margine vel in-  
 ter lineas scripta, vulgo *glossas* et *glossemata* appellari.

2) Aequae vero obscura sunt, nec sine grammatici in-  
 terpretatione vel glossarii ope facile intelligi possunt  
 dictiones *poeticae* aut nomina *poetica*, h translata, meta-  
 phorica et a vulgari quotidiani sermonis usu valde remo-  
 ta. Quare hae vocis  $\gamma\lambda\omega\sigma\sigma\alpha$  duae notiones, nisi fal-  
 lor, inter se bene iungi possunt et copulari, ut intelliga-  
 tur locutio vel *peregrina et obsoleta*, vel *translata atque  
 poetica*.

Ad alteram quoque hanc h. v vim probandam, putem  
 hic praecipue laudandum esse Arist. de art. poet. c. XXI.  
 „*ξενικόν δὲ λέγω γλωτταν καὶ μεταφο-*  
*ραν, καὶ πάντο παρὰ τὸ κυρίον* et p. 46, (ed.  
 Heinf.) *ἀπάντο ὄνομα ἐστὶν ἢ κυρίον ἢ γλωτ-*  
*τα ἢ μεταφορα.* cf. cap. 24. p. 57; quibus locis  
 auctor aperte dictioni propriae et vulgari opponit loquendi  
 genus exquisitum, translatum et metaphoricum. Sic  
 Quintilianus Inst. orat. L. 1. p. 63. (ed Bipont.) *glosse-*  
*mata* per voces minus usitatas explicat, ubi eorum mentio  
 inii.

iniicitur, quae impropria, barbara et contra vulgarem legem loquendi sunt posita 1). Abstinebo pluribus exemplis, quorum aptiora forsan ex propria cuiuslibet lectione possunt addi. Iam satis apparere puto, illud *γλωσσῶν λαλεῖν*, profani sermonis ratione et indole respecta, significare posse a) et *extraneae linguae vocabulis seu formulis uti*, b) et *in dicendo uti frequenti translatione inusitata*, et figurarum remotiorum licentia insolita (in erhabenen Sprüchen, in geflügelten Bildern reden). Frequens vero, ut hoc addam, apud homines in summam mentis *ἐκστασιν* abreptos allegoriarum usus vel ex ipsa rei natura ingeniique humani indole satis potest probari. Quo enim quisque aut rudiore sermone utitur, aut insolitas ideas notionesque rerum a vulgari usu remotas animo agitatur, eo frequentioribus tropis utitur. Haec ipsa iterum verborum obsoletorum atque translato-

B 2

rum

- 1) Quoad sensum comparari possunt, quae L. IX. p. 123 de oratione *ἐσχηματισμένη* (figurata) leguntur, cui opponit auctor *ἀσχηματιστόν* *carentem figuris et ornatu orationem*; *σχῆμα* enim dicit id, quod a simplici atque in promptu posito dicendi modo poetice vel oratorie mutatum est. Cf. Hermogenes *περὶ εὐρεσιῶν* s. de Inventione L. IV. c. 12. ubi ad subfigurate dicta (*σχηματισμένα*) refert ea, quae non directe et aperte, sed occulte atque oblique proferuntur.

rum libertas statum et conditionem hominis prodit, animi sui sensa generosiora et maiora quam pro oratione vulgari exprimere cupientis. Iam inopiae igitur necessitas hunc verbi transferendi modum genuit, ut vel nova novarum rerum facienda essent nomina et ex verborum nova conjunctione paranda, vel ut peregrina, in propriae linguae angustiis, ex alia lingua peterentur. Sed haec ita sunt in promptu, ut res uberiore disputatione vix egeat. — Locuturi adeo, (ἐν ἑκστάσει λαλῶντες) quibus, ut cum Horatio loquar, *mens fuit divinior atque os rotundum magna sonaturum*, quamvis mentis suae satis essent compotes, gravitate tamen rerum animo obversantium percussi, vividissimisque imaginibus incensi adque incitati, quasi pleniore loquebantur ore, sublimiore fereque poetico utebantur dicendi genere, naturali mentis excelsis ideis stupefactae habitui accommodato.

## §. 9.

Continuatio et Comparatio h. form. cum altera Act. II. et quid fuerint γεννη γλωσσων I Cor. XII.

Spiritus tamen et velut furor eiusmodi hominis non ita semper vehemens fuit, ut oratio ipsis affectus humani limitibus velut coarctata, intra exiguum semper verborum ac sententiarum ambitum subsisteret, ut abundanter potius fluxisse latiusque plerumque exspatiata esse videatur. Hinc formulae πολυστημος et parum definitae tertia for-

for-

forte accedit incitatae et volubilis quasi orationis significatio, qua οἱ γλ. λαλῶντες sunt etiam expeditae linguae homines, quibus cordi est ἐξεργασία, flumen et cursus orationis <sup>m)</sup>). Responderet hoc praesertim etymo vocis γλωτσα, quo primitive *linguam* (organon) significat. Certe si textum nostrum respiciamus, videntur multi, antiiudaicae nimirum partis <sup>n)</sup> in verborum

<sup>m)</sup> Exod. IV. 10. *vir verbosus* cui oppon. inconditi sermonis et impeditae linguae homo. LXX. αλογος.

Similiter Aristophanes in Nubibus v. 792. γλωττοσροφειν (etymo vocis favente et cum auctario significationis et emphasi) de linguae mobilitate et copiosa loquacitate utitur.

<sup>n)</sup> Ex fano forsan in ecclesiam transferre studebant morem, inter sacrorum ritus hymnos decantandi, quibus Dei virtutes et munera declararentur, seu gratia eius precibus exposceretur. — „*Sic plures ex gentiliis* (monente Ven. Storrio l. I p. 29.) *eo licentiae processerunt, ut epulas idolis sacras, atque in delubro inter hymnos celebratas, frequentare auderent, nihil que curarent, idololatriae manifestos se teneri, vid. I Cor VIII. 10. X 21.*” — Plerique vero hymnorum ethnicorum, inter sacra peragenda, accinente musico instrumento, decantandi, summo spiritu erant concepti et in mera fere Deorum, quibus dicati erant invocatione, virtutumque divinarum accumulatione constabant. De hac veterum hymnorum

πολυωνυμια s. magna epithetorum coacervatione videatur Spanhem. ad Callim. Hymn. in Dian. v. 7.

rum celeritate et multitudine precumque prolixitate laudem quaesivisse, quod vel ex v. 19. colligere possis, ubi brevem sermonem cum perspicuitate (διατρυφωμεν i. q. v. 15. τω νοι h. εις το νοεισται) in ecclesia haberi mavult Apostolus, quam figuratae poeticaeque orationis verba quam plurima (μυρισς λογυς εν γλωσση h. καλα γλωσσαν).

Quodsi hanc huius loci explicationem, de qua ipse incertus sum, tertiamque hanc formulae (late tamen patentis) significationem admittere nolis, duae illae priores, quos antea laudavimus, nisi omnia me fallunt, intactae remanebunt.

\* \* \*

Patet iam, (vel si ab hac tertia significatione dubia recedamus) formulae loquendi in quaestione propositae maximam vim inesse, eique sic colligatae atque complicatae, tamquam generi plures formas et quasi gradus (γενη γλωσσω I Cor. XII. 10 et 28.) esse subiectos. Est dictio variarum idearum complexum continens, cui nulla, quantum scio, in nostra vernac. nec latina lingua satis respondet, quin notioni eius detrahatur. Ab altera illa locutione Act. II. 4. ελεε. γλ. λ. haec nostra ceu genus a specie differre videtur, ut adeo

iii

v. 7. et Heyne, Vir nostra laude superior, ad Virg. Aen. IV. 510. — Nec tamen negaverim apud Iudaeos quoque vulgarem fuisse istam battologiam Vid. Matth. VI. 7.

in loco, quem propter contextum infra paullo accuratius videbimus) plenus sermo sic se habeat ἑτεραις γλωσσαις (suppl. γλωσση ἢ κατὰ γλωσσαν) λαλεῖν ἠεξάντο.

Vel si quis malit, hae duae formulae, eodem e fonte exortae, ad idem pertinent genus (nam utrique status mentis enthusiasticae est communis) et differunt ita solummodo, ut in illa spectetur ipsa lingua peregrina continua, in hac autem singula tantum linguae peregrinae vocabula, nominaque obsoleta et metaphorica. — Sed haec de origine potestateque phrasae nostrae constituenda sufficiant. Iam ad praedicata et determinationes formulae quaesitae adiunctas respiciamus, breviterque an contextui locorum ubi haec locutio occurrit, explicatio proposita satis accotumodata sit, pro virili indagemus.

§. 10.

Contextus ratio habita. a) Laus divina fuit argumentum τῶν γλ. λαλεῖντων.  
Insania suspicio.

Primo loco meretur notari: sermones τῶν γλ. λ. in precibus laudibusque divinis versari consuevisse, quod nemo interpretum, quos consulere licuit, diffitetur. Et multis sane in locis laudum divinarum clarum vestigium expressum continetur e. g. Act. X. 46. ubi etiam μεγαλυνεῖν τὸν θεόν explicandi causa adiectum esse

vi-

videmus. Nec aliter Act. II. II. accurrentes audiunt loquentes et praedicantes *τα μεγαλεια του θεου*, Dei mirabilia. Similiter I Cor. XIV. 15. 16. verba *ψαλλειν, ευλογειν, προσευχεσθαι*, cum quibus illud *γλωσσαις λαλειν* permutatur, argumentum in precibus ad deum fufis contineri, abunde docent. Satis enim certum hoc interpretandi est praeceptum, ut quae formulae de eadem re in eodem orationis contextu permutentur, eae pro synonymis accipi alteraque ex altera explicari debeant. Valde praeterea arridet sententia eorum, qui *της πνευματικης* pro iisdem cum *τοις λαλσει γλωσσαις* habendos, esse censeant, quippe utrique repentino aliquo motu et singulari quodam numinis afflatu in entusiasmum abrepti, ad publice sive dicendum sive cantandum impellebantur. Prolixius in hac re probanda versatur Griesbach V. summe Rev. in Progr. Pentec. a. 1780. scripto. Nec minus Ven. Storr. Not. Hist. P. 67. phrases *πνευμαλι λαλειν* et *γλωσσαις λαλειν*, quae invicem iunguntur v. 2. (cf. v. 5 et 12.) eandem rem describere, atque synonymas esse docet. — Ex insigni vero mentis impetu et ardore fervoreque precandi vel psallendi, intelligi facile potest, loquentes in *μανιας* suspicionem vocatos esse a rei ignavis. Vid. v. 23. „Nonne intrantes rerum vestrarum nescii, insanientes vos audire sibi videbuntur?“ Quod quidem in homines, in ipso *ενθουσιασμος* actu, quasi  
ex.



extra se raptos, cum vocis contentione maiore, corporis saltem motu concitatore agentes, relicto praeterea sermonis vulgaris usu verba summi enthusiasmi eaque infolentiora et audaciora profundentes aut extorquentes, quam bene cadat, sponte currit in oculos o). Hinc fortasse eiusmodi hominibus non nunquam ἀνιλιηψείς atque κωβερνησείς (I Cor. XII. 28.) requirebantur, ut eis succurrerent eosque gubernarent, quod etiam suspicati sunt Duumviri Eichhorn. et Bardili II, cc.

§. II.

b) Perobscura eorum erant effata.

Nec, interpretatione hac admissa, difficile intellectu erit, carmina haec sublimem aliquam obscuritatem redoluisse vel e crebris grandibusque sententiis, vel ex verbis enatam sesquipedalibus lassas onerantibus aures priusque in-

o) Hebraice voc. *halal* valet *insanire* et *celebrare* (ὕμνειν) vid. I Sam. XXI. 14. Ps. LXXV. 5. Cl. 6. et apud LXX. nomina *μανομενος*, *παρεξέστηκος*, *παραπληκλος* et *ἐπιληπλος* inter se permittantur. De sententia conferri potest Cic. Orat. c. 28. „*Qui enim nihil leniter, nihil potest tranquille, nihil partite, distincte dicere, — si is non praeparatis auribus inflammare rem coepit, furere apud sanos, et quasi inter sobrios bacchari vinolentus videtur.*” Cf. de Oratore I. 12. Alia taceo eiusdem auctoris similia loca, ne in re plana et perspicua, operose quaesita ac collecta videantur.

inauditis. Mirabitur nemo, a rudibus et orationis poeticae ignaris, non sine explicatione adiecta intellectos esse, qui anxie anquirentes verba, quibus sententiarum gravi pondere sese exonerarent, ad lyrici hymni sublimitatem non nunquam adsurgerent. Huc pertinet v. 2. ὁ γὰρ λαλῶν γλωσση ἔκ ἀνθρώποις λαλεῖ, ἀλλὰ τῷ θεῷ, non ad hominum captum loquitur, sed Deum solum habet dictorum conscium." Ad-  
dit Apostolus: ἴδεις γὰρ ἀκροῖ, πνευματικῶν (sc. τῶν ἄλλων) λαλεῖ μυστηρια h. nemo enim auditorum sensum capit, sed menti aliorum p) non nisi ar-  
cana

p) Sic v. 14. εἰ γὰρ προσευχωμαι γλωσση (si in precibus utor multis translationibus &c.)  
το πνευμα μου προσευχέσθαι, ὁ δὲ νους μου ἀκαρπὸς ἔστι h. animus quidem meus orat (ipse me forsan intelligo) sensus vero s. argumentum sermonis fructum non affert, non enim ab ipso coetu intelligitur. Precabor ideo et mihi (τῷ πνευματικῷ) et aliis (τῷ νοῦ.) — Sed alii aliter hunc locum accipiunt. Ex Erasmi versione sensus est hic „per sonum quidem meum oro h. lingua quidem mea sonat pia verba" &c. (Idem v. 2. πνευματικῶν reddit per vocem s. halitum, sensu hoc: tametsi ipse sacra quidem et sublimia loquitur, fit tamen hoc duntaxat spiritu h. vano verborum flatu) Exstat alia Chrysostomi interpretatio (v. 14.) multis VV. DD.

cana loquitur orator. Eodem spectat v. 9. *δια τῆς  
γλωσσης μη ευσημον λογον δευαι* h. pro-  
pter

DD. probata, haec: „*Precatur quidem Spiritus quo  
lingua mea movetur, ad mens mea fructu orationis  
caret s. id vero fit, intellectu nil participante.*”  
Haec antem explicatio tantum iis potuit placere, qui  
*τον γλωσση λαλεντα* se ipsum non intel-  
lexisse putant, cui tamen repugnare videtur v. 4.  
*εαυτον οικοδομει* cf. v. 17, 19. Sed hanc dif-  
ficultatem evitantes, modo ne in aliam nostra explic.  
incurramus. Quod si quis adeo v. 15. vim verbis infer-  
ri censet, si *πνευμα* ad ipsius loquentis, *υδς* ve-  
ro ad audientium intelligentiam referamus, is ad ali-  
am eamque satis notam vocis *πνευμαλος* significa-  
tionem recurrat, qua et de sacro quodam furore at-  
que enthusiasmo, et de ipsa religionis cognitione ani-  
moque Christiano usurpatur. Sensus tunc enascitur  
hic: Spiritu S. actus s. iuxta normam mentis melius  
edoctae, piis Christiani sensibus instructus orabo  
*(εν) τω πνευμαλι προσευξομαι* (*in ächt-  
christlicher Gesinnung, in heiliger Begeisterung*) sic  
tamen ut et alii me intelligant. Eandem interpreta-  
tionem admittit v. 2. 14. 16. ne sensu promiscuo  
idem vocabulum eodem capite occurrat. De hac  
vero vocis *πνευμα* potestate, qua simul et sensum  
christianum, e verae religionis cognitione ortum,  
et mentis statum enthusiasticum significat, ut vix  
unum vocabulum latinum s. vernaculum respondeat,  
vide (Ill. Hezel Schriftf. II. B. I St. p. 44. 45. 67. —  
Caeterum iam eiusmodi quid sensit Martin, qui in  
Ver-

pter usum formularum vel peregrinarum vel translatarum, orationem habere obscuram, non bene cognitam iis qui audiunt. Etiam v 11. „*Si enim vim et potestatem non intelligo verborum, quae per se significatione non carent (satis bona subiecta sententia) non aliter tamen erit, ac si barbarus q), me audiente. locutus esset.*” Cf. v. 16. „*Quomodo imperitus dicet Amen (sc. in fine hymnorum et benedictionis) hac voce dicta tua approbans, nisi quae dixeris intelligit*” Similitudinem quoque v. 7. 8. ab instrumentis musicis petitam satis aptam deprehendimus. Comparantur enim verba peregrina, liberiora ideoque obscura  
cum

Versione Gallica hunc quem ultimo loco diximus sensum exprimit, ad v 11. *Je prierai d'esprit) c'est à dire, en s'abandonnant à ces transports extraordinaires dont plusieurs des fideles se sentoient saisis &c.*

q) Barbarus apud antiquos erat quivis qui ab altero non intelligebatur. Vid. Lessius Vir summe mihi Venerandus de Don Sp. S. I. p. 152. ubi exempli causa citatur Ovid. Trist. V. 10, 37. — Adde locum memorabilem Sexti Empirici (adv. Grammat. §. 313. p. 286. ibique Fabric.) „*inter locutionem barbaram (βαρβαρον λεξιν extraneae linguae formulam) et glossema (την καλα γλωσσαν προενεχθεισαν λεξιν obsoletam et secretiorem graecam dictionem, inusitatum nomen) haud profecto multum interest, cum utraque dictio Graeco lectori aequae ignota et insolita (ὁμοίως ἀσυνήθης) esse potuerit.*”

Debeo hunc locum industriae V. S. Storrii l. c. p. 44. not. 77.

cum sonis tibiae et citharae vel tubae confusis et indistinctis, nec ad certos modos et numeros compositis. Ad aliam rem declarandam eadem similitudine utitur Quint. Inst. IX. p. 177. (ed Bipont.) „ — illi quoque organorum soni, quamquam verba non exprimunt, in alios tamen atque alios motus (ducunt) auditorem. In certaminibus sacris non eadem ratione concitant animos ac remittunt: nec eosdem modos adhibent, cum bellicuum est canendum, et cumposito genu supplicandum: nec idem signorum concentus est procedente in proelium exercitu, idem receptui carmen.”

§. 12.

c) Cur Paulus reprehendat hoc donum et prophetiam proferat.

Approbata porro hac explicatione, facillime iam comprehenditur, cur ex Apostoli sententia huius rei ad quam inflammata aviditate multi rapiebantur, ultimus sit locus; tum differentia illa, quae est inter τὸ γλωσσάρις λαλεῖν et προφητεῖν (ad cuius studia magis Corinthii excitantur) desideratum lumen nanciscitur.

1) Apud multos ornatus orationis figuratae ad placendi cupiditatem (matrem obscuritatis) et ostentationem spectasse videtur, ita ut verba aucupantes ultra iustos limites progredierentur, ac in durioribus traiectionibus, anxii de fama ingenii quaererent laudem. Quod quidem non modo virtutis non esse, sed in vitio potius habendum

dum, Apostolus docet. Omnis enim verborum ornatus, sine perspicuitate et bona sententia subiecta est puerilis. Hinc monitum illud v. 20. optime convenit in institores eloquentiae, pigmentis fucoque puerili deditos: „ne ad imbecillitatem mentis puerilem redirent (ΜΗ ΠΑΙΔΙΩ ΓΙΝΕΣΤΕ ΤΑΙΣ ΦΡΕΣΙΝ cf. Ephes. IV. 14.)<sup>r)</sup>). Puerorum enim est ostentare se in rebus inutilibus, et res frivolae pretiosis praeferre, quo quidem nihil magis Viro ecclesiae utilitatem quaerenti potest esse contrarium.

Non quidem Paulus omnino dissuadet et prohibet orationem ad voluptatem auditorum ornate compositam, non vult tamen (si quibus haec suppetit) ut solam petant delectationem flosculosque orationis, ne verborum lenocinia captando fructu dicendi careant, atque, posthabitis melioribus, minora puerili iudicio consecentur. — Contendatur adhuc alterum illud dictum Apostoli v. 19. ubi praefert orationem perspicuam, qua ad perfectiorem rerum divinarum cognitionem homines provehantur, alteri multo prolixiori allegorice tamen vel *aenigmatice*<sup>s)</sup> propositae (ἐν γλωσση). Nam nec verbis exquisitissimis ob-

r) Cic. Fin. III. c. 5. „Sed tamen omne, quod de re bona dilucide dicitur, mihi praeclare dici videtur. Istius modi autem dicere velle, *puerile est*. Cf. Orat. c. 71. — „sententiose autem sine verborum ordine et modo, *infantia*”

s) Quinct. Inst. Orat. VIII. p. 144. „Haec allegoria, quae est obscurior, *aenigma* dicitur: vitium meo quidem iudicio, (si quidem dicere dilucide, virtus) quo tamen et poetae utuntur. —

obscuris vero, sine interpretatione adiecta, ecclesiae utilitas potest promoveri. Caveant adeo huius rei intemperantiam, et meminerint semper eorum, unde ecclesia fructus capere posset. „*Perspicuitas* (sunt verba summi in hac re auctoris) *tam necessaria est dicenti, ut sine ea garriat tantum omnisque fructus necessario pereat.*”

2) Iam hinc luculenter patet, cur dicendi perspicue facultatem (τὴν προφήτειαν) <sup>t)</sup> in conventibus sacris omni pondere praefarendam censeat Apostolus. Prophetando enim (ex ipsius Apostoli interpretatione v. 3. 4.)  
ef-

t) προφήτειαν enim in omnibus his epistolae ad Corinthios locis, quibus τῷ λαλῶν ἄλλοι ἄλλοι opponitur est, animo quidem afflatu numinis incitato, perspicue tamen et ad intelligendum apte dicere, ut nullo opus sit, qui ea exponat. Non enim his locis praesagiendi facultatis significationem aptam esse, vix est ut moneamus. (Vid. Ven. Less. Progr. in I Cor. XIV. 32. repet. in Opuscul. p. 208 sq. Conf. Niemeyer Charakter d. B. Tom. V. p. 250 sq. Ven. Herder Geist der hebr. Poesie II. p. 64 sq. Cf. b. Koppe Excurs. III. ad Ephes. p. 156. ed. nova) Afflatus tamen singularis quidam divinus ad hoc quoque explicandi et applicandi donum requirebatur, ut differentia adeo quaedam intercedat inter προφήτειαν et διδασκειν s. moderato, aequabili et temperato uti dicendi genere eoque meditato fortasse et praeparato. Placida adeo mente spirituque sedatiore ac leniter se extollente versabantur οἱ διδασκαλοὶ in explicatione v. c. loci biblici, praeceptis moralibus &c. Vid. Ill. Eichhorn, Bibl. II. p. 773.

efficitur, ut doceatur apud quem dicitur, dum veritas ad recte intelligendum perspicue et ad animos pietate imbuendos efficaciter proponitur. Adde v. 5. „*Velim equidem vos omnes λαλεῖν γλωσσαις, sed magis adhuc ut prophetetis, praestantior (μειζων) enim est h. magis ecclesiae utilitatem quaerit, qui prophetat (adhortatur, consolatur vel Prophetarum V. T. scripta interpretatur), quam ὁ λαλων γλ. nisi simul exponat, ut etiam ecclesiae utilitas promoveatur.* v. 6. eadem sententia continuatur. Cf. v. 27. 28. ubi satius docet esse tacere, nisi explicatio eorum accesserit, quae non ad captum popularem dicta sunt u). Hoc enim est quod illis quam maxime persuasum esse vult, nihil laudabile quod idem utilitate vacet. — Facile in mentem venit Act II. 41. Cum deferveruisset ille ardor precantium, Petri oratio dilucida tales, quos scimus, effectus habuit, quoniam nunc auditores dictorum sensum satis percipere poterant.

Vel ipsi antem ὁι γλ. λαλεῖτες, redeunte in statum naturalem animo, vel alii tranquillioris et dogmatici dicendi generis peritiores, explicationi operam dare debebant. Videntur praeterea, qui interpretantur saepe  
 iidem

u) Quinct. Inst. VIII. p. 69. — „dum communem loquendi morem reformidant, ducti specie nitore circummeunt omnia copiosa loquacitate, velut satis sit, scire ipsos, quae dicere velint, quantum ad alios pertineat, nihil putant. Ad ego otiosum sermonem dixerim, quem auditor suo ingenio non intelligit.”  
 Cf. XI. I.



iidem esse, cum iis, qui prophetae audiunt, quippe qui obscuriorum τῶν γλ. λαλιῶν dictorum mentem explicabant eorumque rationem reddebant x).

## §. 13.

d) Habebat tamen donum τῶν γλωσσῶν et suam laudem.

Si paulo accuratius rem consideremus, nihil habet dubitationis, quibus causis adductus non severius τῆς γλ. λαλιῶς Apostolus reprehendat, quos ipse adeo defendit, nec nisi interpretationis omissionem atque ab-  
usum

x) Hinc lux quoque affunditur v. 32. verbis:

πνευμα (non leg. πνευμαλα) προφητῶν  
προφηταῖς ὑπολασσεῖται cogitationes et  
sensus prophetarum magis libero eorum usui  
subiiciuntur; penes eos enim est quando, quid et  
quomodo dicere velint. Vide Ven. Lessium l. c. —  
Sic apud Platonem Apol. Socrat. Tom. I. p. 51. Ion  
p. 187. (ed. Bipont.) προφηταῖς ὑποφηταῖ-  
vatibus (μανῆσι) adstantes, obscuriora eorum  
effata excipiebant. Cf. Bardili l. c. Eichh. II. p. 802.  
— Apud LXX. προφήτης est i. q. ἑρμηνευτής  
etiam apud profanos poetae dicuntur Musarum inter-  
pretes et elocutores (προφηταῖ, ἀγγελοῖ,  
θεραπονῆες) Vid. Interpp. ad Hesiod Theog.  
v. 100. et Theocr. Idyll. XXII. 116. XVII. 115.

C

usum nimiamque huius doni cupiditatem coarguit. Vicina enim procul dubio vitia erant virtutibus. Tenenda et hac in re erat illa mediocritas quae est inter nimium et parum.

Modo vera est, ut nullus dubito, sententia Ven. Griesbachii l. c. (cui suffragia tulit Ven. Storr. p. 67.) qua nostro capite *πνευμαλί λαλεῖν* et *γλωσσαις λαλεῖν* comparat cum altero *ἐν πνευμαλί θεο λαλεῖν* XII. 3. fuisse tunc inter iudaismi studiosiores videntur, qui dono linguarum ab altera parte cupidius amato, omnino interdici voluerint. Suspicio fortasse inter iudaizantes non satis intelligentes *της γλ. λαλησας* subnata erat, utrum pium laudeque dignum sit sermonis haud intellecti argumentum. Controversia inde orta, ipsique Apostolo dirimenda proposita erat, qui ad impietatis suspicionem removendam docet: „neminem Spiritus S. impulsu loquentem proferre quidquam posse vel in ipsam adeo divini Servatoris maiestatem iniuriosum. (Vid. Ill. Hezel l. c. p. 397.) Quocirca etiam nostro capite tali criminationi occurrere videtur Paulus, dum *προφητείας* quidem amorem laudat atque commendat, ad illud tamen extremum decurri vetat ut *το λαλεῖν γλ.* (interpretatione nimirum non destituo et v. 40. *ευσχημονως και κατὰ τάξιν* adhibito) nullus porro locus relinquatur. „*Studiosi estote της προφητείας ita tamen ut το λ. γλ. non interdicitis*“ cf. v. 5. 13. 15.

Exhor.

Exhortatur suos Corinthios ut dando et accipiendo mutandisque facultatibus et donis nulla re egeant y), invidiam aemulationemque vitiosam removeant. Vide c. XII. v. 11 spq. egregiam comparationem ecclesiae cum corpore humano e variis membris compacto.

## §. 14.

## Continuatio.

Non praeterea vereor, ne quis nobis hanc Pauli facilitatem obiiciat, si fontem istius facultatis controversae usumque expenderit. 1) Iam supra posuimus, locuturos hos necessitate quadam coactos, ad sensus vehementiores exprimendos, usos esse signis affectuum intemperantiae accommodatis. Fervor etiam (ut hoc addam) seu spiritus divinus quidam quo correpti, inflatique oratione utebantur grandi atque sublimi, verborumque impetu concitato, non modo animum prodebat excelsiorem et generosorem Dei sive potentia, sive insigni erga mortales beneficentia valde commotum (v. 4. *ἐαυτοῦ ὀνόματι* cf. v. 17.) sed grati animi quoque sensa, sic intentiori spiritu expressa, quam plurimum, (re ipsa momente.) facere poterant, ad animos *audientium* percellendos, et incitandos, atque laetissimo pro acceptis Dei beneficiis sensu movendos et quasi incendendos.

C 2

Propter

y) Denuo succurrit Cicero, a cuius lectione recens veniebam Offic. 1. c. 31. „*ut etiam si sint alia graviora atque meliora, tamen nos studia nostra nostrae naturae regula metiamur; neque enim attinet repugnare naturae, nec quidquam sequi, quod assequi nequeamus.*”

Propter usum adeo ipsius dicentis et cum inde in ecclesiam saepius redundantem, hocce donum (quum animo praeterea Christiani pie commoto et principiis doctrinae christinae niteretur), facile fieri potuit ut ad charismata Sp. S. referretur et a πνευματι ἁγίῳ profectum suo iure haberetur. Quocirca γενη γλωσσων (I Cor. XII. 10. 28.) h. facultatem pro varia hominum et temporis conditione utendi vario hoc dicendi genere, (vid. supra p. 22.) inter charismata recenseri, aperte videmus.

Nec tamen retractaverim (§. 12.) apud multos (in ea urbe) dictionis sic comparatae usum in ornatus consilio dilectationisque ac laudis studio positum fuisse. Liceat adeo (ex Pauli sententia) loquentibus oratione uti vehementiore aut nitida verbisque metaphoricis ornata, vult tamen ut modus fervetur, temporisque et auditorum ut ratio habeatur z) ita enim, quod tantopere inculcare studet, ita solummodo probandum est hoc donum, ut ecclesiae causa adhibeatur.

Ipse hoc exemplo suo praeclare docuit Apostolus, vid. Ven. Niemeyer l. c. Tom. I. p. 221 sqq. Etiam nostro loco v. 18. facultatem τὸ γλ. λ. sibi contingere iactat, licet alibi (I Cor. II. 4.) elocutionem suam ad ar-  
tis

z) Conferre licet Quinct. Inst. VIII. p. 106. X. p. 213. et Cic. de Orat. 3. „Non enim omni causae, nec auditori, nec personae, nec tempori congruit orationis unum genus.”

tis humanae praecepta non exactam fuisse libenter concedat cf. 1 Cor. I. 17 2 Cor. XI. 6. Quamquam enim orationis ad praecepta artis rhetorices compositae eum non magnopere studiosum fuisse videmus, attamen (ut meae faciam verba Ven. Storr. l. c. p. 25.) ipsam elocutionis rationem, quoad ex animo graviter commoto atque affectibus pendet (Π & Ψ Εβ et Η Ψ Εβ) aut ex rerum tractandarum intelligentia et ecclesiae utilitatis promovendae studio fluit, admirabilem in Paulo fuisse, nemo inscias ibit.

§. 15.

Continuatio.

2) Accedit alia denique facultatis controversae utilitas, ubi *adversarius* adest feriendus et propulsandus, aut *tardus* qui verborum ponderibus sit excitandus. Quapropter si cui haec suppetunt indignabundo et in sensibus elato, ut vi, impetu, pondere, granditate utatur, ea ex media laude christiani fervoris esse videntur. Non praeterea semper auditor inprimis *imperitus* et *rudis* veram rei magnitudinem paucis iisque simplicibus verbis expressam sentit. Adjuvant tunc figurae, gravitati rerum fervientes, quas magna pars hominum stupet, admiratur, et rem sublimem ab oratore tractatam esse, sublimiori dicendi genere percussus, sentit a). Verba saltem magno  
spi-

a) Hac in re valet, quod de miraculis habet Thom. Morgan in moral philosopher T. I. p. 98. „They naturally tend to awaken and alarm men, to take them off from a supine negligence and incogitancy and

spiritu recitata, ut auditor attentus fiat, efficere possunt, ut recogitare, rem pro magna gravique habere incipiat, et animum advertendo doctrinae novae fuscipiendae propensior reddatur. — Huc adeo mihi pertinere videtur effatum illud Iesaiæ (XXVIII. II. 12.) quo excitando et comparando Apostolus τὸν γλωσσῶν usum accuratius circumscribere, et, illustratione rei ex re simili, declarare studet, non esse cur multi Corinthiorum studio tam incitato in hoc χάρισμα ferantur. Verba quibus dictum illud ad rem suam accommodare studet, haec sunt v. 22. „γλωσσῶς sicut signa (σημεῖον quae- libet res magna, mira) non tam ad consolandum creden- tes data, quam ad puniendum impios et incredulos; „προφητεῖα vero credentibus et piis magis accomma- data est.” Sensum totius loci puto hunc: non est ut tanto studio vos id accersatis, quod Deus poenae et maledictio- nis loco habuit, vix enim iam ad Deum conversi eius- modi excitationibus indigent, utpote qui in variis reli- gionis christianae doctrinis magis magisque in diem sunt provehendi, et perspicua, mitiore et sedatiore oratione corroborandi. Increduli vero (cum quibus eodem in numero habendi sunt Iudaei a Deo alienati, et ob contem- tum verbi divini in hostium potestatem traditi b) hi, ait  
fer-

*and to bring them to a sober and sedate considera-  
tion of the matters thus proposed to them.”*

b) 5 Mos. XXVIII. 37. te habebunt parabolam &c.  
cf. XXXII. 21. Hoc ita eventum habuisse, ut  
iam

fermonis concitatoris vehementia atque novitate sunt aut deterrendi aut excitandi, Propter rei similitudinem apponere adhuc liceat locum egregium Ciceronis in offic. I. c. 38. „Obiurgationes etiam non nunquam incidunt necessariae, in quibus utendum est fortasse et vocis contentione maiore, et verborum gravitate acriore: — sed, ut ad urendum et secandum, sic et ad hoc genus castigandi, raro invitique veniemus; nec unquam, nisi necessario, si nulla reperietur alia medicina, sed tamen ira procul absit, cum qua nihil recte fieri, nihil considerate potest.”

## §. 16.

Haec explicatio proposita etiam reliquis locis apta videtur.

Iterata totius loci I Cor XII - XIV. lectione, non ob-  
venerunt, quae formulae saepius dictae interpretationem  
propositam, non admittere viderentur. Possit quidem  
aliquis opponere locum I Cor. XIII. I. *ἐάν ταις γλ.  
των ἀνθρώπων λαλώ, καὶ των ἀγγέλων*  
ubi non tam de singulis nominibus, quam de ipsis po-  
tius linguis mentio iniicitur: at is velim cogitet, locum  
excit. vel propter genitivos nominum adiectos, in hunc  
censum non posse venire, ut totam istam locutionem pro-  
ver-

iam in captivitate babylonica Iudaeos ad idolorum  
cultum minus propensos videamus, ex huius gentis  
historia abunde constat.

Prophetarum vero querelae de Iudaeorum inobe-  
dientia haud raro occurrunt v. c. Ies., VI. 9. 10. cf.  
Matth. XIII. 14.

verbialem esse taceam c). Eodem vero cap. v. 8. illud  
 γλωσσαι παυσονταί : *usus eorum aliquando ces-*  
*sabit*, nostrum interpretandi modum non respuit. Equi-  
 dem adeo non video (libenter fateor) quid amplius ob-  
 stet quo minus hanc explic. accipiamus, quam tamen ut  
 limitent accuratius eruditi seu emendent, non facile ad-  
 mittam tantum, sed quibus possum precibus oro rogo.  
 Omissis nunc iis locis Act. X. 44. XI. 15. XIX. 6. quae  
 supra p. 8. 10. attigimus, et quae facillime comparabit  
 cum nostra explicatione, cui eam admittere libuerit, iam  
 ad locum dignissimum, qui singulatim tractetur, pergamus.

- c) Si quis tamen et hoc l. explicationem h. tueri velit,  
 is comparet quaeso, quae apud profanos de *Deorum*  
*lingua* occurrunt, quam quidem et novissimus Ho-  
 meri interpres (b. Köppen Anmerk. T. I. p. 91.)  
 ad dictionem poeticam antiquissimam referendam esse  
 censuit.



## S E C T I O II.

In qua locus memorabilis Act. II. seorsim  
spectatur.

§. 17.

De tempore et loco facti in priore h. cap.  
dimidio enarrati.

Continet huius capitis dimidium, quod hac posteriori  
dissertationis sectione interpretandum mihi proposui, hi-  
storiam insignis illius operationis Spiritus Sti, quo muneri  
obeundo sive ad continuandum Messiae coetum et augen-  
dum, idonei reddabantur Apostoli, quibus divinus Ser-  
vator, terram iam iam relicturus, hoc erat pollicitus,  
Act. I. 5. ὑμεῖς δε βαπτισθησεσθε εν πνευ-  
ματι ἁγιω, & μελα ποταμασ αυλασ ημερασ.  
Cf. Luc. XXIV. 49. Ioan. XIV. 26. Quae quidem promif-  
sio symbolico isto adflatu (Io. XX. 22.) quasi obsignata  
esse videtur. Constat vero hoc contigisse Apostolis ad  
preces faciendas congregatis, in festo Pentecostes d) cum  
maxi-

d) τῆς πεντηκοστῆς suppl. ἑορτῆς h. festi quod  
in diem (post Christi resurrectionem ac post secun-  
dum

maxima omnium nationum frequentia, Hierosolyman confluxisset.

Quod ad *locum* attinet (ὄϊκον v. 2.) nihil accurate ab ipso auctore definitum reperimus. Semlerus et Michaelis, uti etiam Ven. Rosenmüller plerique alii inter privatos parietes rem peractam esse suspicati sunt. Sunt tamen etiam non nullae rationes, quae nos movere possint, ut de conclavi quodam templi hoc loco cogitemus.

Primum enim maiorem fere, quam pro domo privata multitudinem confluisse (v. 6 sqq. cf. v. 40.) legimus, cuius maior saltem pars iam in propinquo precandi causa fuisse videtur. Hanc deinde sententiam confirmare videtur, quod (Luc. XXIV. 53.) Apostoli, Iesu in coelum sublato, una cum fidelibus semper in templo fuisse dicuntur Act II. v. 46. καὶ ἡμέραν τε προσκαλεσθέντες ὁμοθυμαδὸν ἐν τῷ ἱερῷ. Tertia praeterea hora matutina (v. 15.) una fuit e solemnibus precum publicarum, quibus primi ex Iudaeis Christiani studiose interesse solebant. cf. cap. III. Γ. ἀνεβαίνον ἐῖς τὸ ἱερόν, ἐπὶ τὴν ὥραν τῆς προ-

dum Paschatis) quinquagesimum incidit. Vid. loc. classic, Ios. Antiqq. III. c. 10. πενήτεκοντὴ ἡμέρα μετὰ τὴν 18 πασχαλῶς.

De reliquis huius festi nominibus, qua pollet eruditione exquisitissima disputat Vir summe Ven. Lessius de donis Spirit. S. miracul. P. I. p. 34 sqq.

προσευχῆς et cap. V. 12. 42. — Tuetur hanc sententiam Lessius, Vir pio animo mihi semper colendus, in Particulis, quae diebus Dominic. ex Evangelistarum commentariis explicantur p. 708; adstipulatur quoque h. Morus Excurf. ad h. l. in Versione et Explic. Act. Apost. ed. et animadvv. adiecit Dindorf. Lips. 1794. — Capite anteced. v. 13. locus quo conveniebant Apostoli ὑπερωον nominatur, quod Krebsius in Observv. Flav. p. 162. de summo templi conclavi interpretatur e). Quodsi eruditis placuit, quid impedit quo minus etiam nostro loco superiorem templi partem intelligamus, praesertim cum ea, quae de tempestate procellosa f) ac de flammis apperentibus legimus loco subdivali (ubi aer magis aridum quam  
in

e) Cf. Ven. Schleusner in Nov. Lex. N. T. voce ὑπερωον. et Ven. Rosenmüller in Schol. ad Act. I. 13. Etiam Ill. Paulus in N. Repert. II. p. 309. ὄικον de tecto (domus tamen privatae) accipit.

f) ἦχος v. 2. omnino esse potest fragor, sonus (Geräusch, Schall vom Himmel) vel quod magis mihi arridet, turbo seu violentus venti impetus, qualis tempestatem cum tonitribus coniunctam saepe antegreditur. (Alii vero, quibus v. 3. γλωσσαι ὡσεὶ πυρος sunt fulmina, de ipso tonitru h. v. accipere malunt. Quod enim nostro loco est ἦχος idem v. 6. valere iis videtur φωνη qua voce LXX. saepius de tonitru utuntur. Vid. Ven. Less. l. l. et Ven. Rosenmüller in Schol. ad h. l.) Simile quid cap. IV. 31. X. 44. XVI. 26. accidit iis, qui post hoc tempus ad doctrinam Christi accesserant.

in loco incluso eoque hominibus repleto) magnopere conveniant. Consulendus praeterea est Iosephus in Antiqq. XI. 5. §. 4. ubi superiorem templi cellam ita describit, ut locum subdivalem fuisse, ibique homines ad preces faciendas congregari solitos ostendat. Cf. Antiqq. VIII. 3. §. 2. — Non tamen certo hac de re statui quid potest, nec ultra quam ut verisimilia videamus, progredi licet.

## §. 18.

## De flammularum apparitione.

Lucas sic porro v. 3 et 4 enarrat: „*Deinde conspectae ab iis sunt flammulae veluti igneae, conseditque super unoquoque eorum (sc. flammula ignea) Tunc repleti erant omnes Spiritu S. coeperuntque exteris linguis loqui, prouti Spiritus facultatem dabat enunciandi.*” Flammulae adeo ignis ( $\gamma\lambda\omega\sigma\sigma\alpha\iota \omega\sigma\epsilon\iota\ \pi\upsilon\rho\varsigma$ ) in apicem acuminatae et ad formam linguae effigiatas iam apparebant. Dictio haec, qua flammula in acutiem tendens eaque rubens cum lingua comparatur, Hebraeis praesertim satis consueta fuit, quod quidem docent Interpp. ad Ies. V. 24; Similiter quoque Horatius I Sat. V. 74 et Virg. Aen. II. 685. verb. *lambere* de flamma utuntur. Attamen hac voce deligenda Lucam ad linguas in Apostolorum coetu mox adhibitas respexisse forsan, equidem haud prorsus negaverim.

Per vocabulum  $\delta\iota\alpha\mu\epsilon\rho\iota\zeta\omicron\mu$ . non ignem unum magnum fuisse auctor satis designat, sed in flammulas potius passim dispersas erumpentem. Fuerunt adeo plures flam-

flam-

flammulae dispersitae, huc illuc singulorum capitibus infidentes, licet verba εφ' ἑνα ἑκάστον, nisi quis velit argutari, nimis haud sunt premenda. De simili dissecti et (pro vario sc. corporum materiem electricam attrahentium ordine et loco) distributi ignis phaenomeno mentionem facit Plutarchus in Alex. πύρρηγνυμενον εἰς φλόγας παντὴ φερόμενας (Tom. IV. p. 3. ed. Reiske) Sed alii aliter de nostro loco statuerunt, quod paucis iam attingere liceat, antequam ad loquendi formulam ἐλεραιο γλ. λ. cuius explicandae causa haec praesertim suscepta est qualiscunque disquisitio, progrediamur.

Taceo vero interpretationem Eichholzii cuiusdam ex loco quodam Homeri male intellecto petitam, qua Apostolos vento impetuoso adtonitos subito conticuisse statuit, cuius tamen sententiae refutationem Ven. Lessii (de Don. mirac. p. 81 sqq.) legisse iuvabit.

### §. 19.

#### Interpretatio de visibili apparitione duplex.

Non idoneis sane argumentis destituta est sententia fatis nota, qua flammam istas igneas fulminei ignis effectus s. fulgura tonitruum comites fuisse dicunt eruditi, quibus (ut vidimus) antea ἦχος et φωνή fuit tonitruum. Sic in legislatione Sinaitica, cum qua haec novae legis promulgatio optime potest comparari, signum praesentis Dei erant fulmina atque tonitrua. —

Viri

Viri quoque magnae auctoritatis et nominis huic sententiae quondam adstipulati sunt, inter quos Ven. Lessium et b. Morum nominasse sat erit. Vid. de Douis Sp. S. mirac. p. 87 et 90. ubi lux etiam affunditur voc.  $\omega\sigma\tau\epsilon\lambda\pi\upsilon\rho\omicron\varsigma$  (specie ignis, flammae quasi igneae) ut sensus sit: haud quidem terreni ac veri ignis flammae tamen radii aequae lucidi, eandemque instar ignis, imaginem oculis subiicientes g).

Aliam ab anteced. parum tamen diversam explicandi h. phaenomeni rationem, sua probabilitate se commendantem proposuit b. Michaelis (Anmerkungen für Ungelehrte T. II. p. 288.) qui flammulas intelligit hominibus infidentes nec tamen urentes, aere nimirum valde arido materieque electrica repleto. Ibidem laudat locum Virg. Aen. II. 582. ubi flamma capite Iuli micans describitur. Cum Viro beato consentit V. S. Rosenmüller et libri editor doctissimus: Handbuch zur Erklärung des N. T. II. p. 6. Cf. Ill. Hezel Schriftforscher II, B. I St. p. 308 sqq. h).

Si-

g) Similiter v. 2. fragor tanquam similis ( $\omega\sigma\tau\epsilon\lambda\epsilon\varsigma$ ) procellae sono describitur, nisi quis interpretari malit: „repente exortus est de coelo sonus, qualis esse solet venti vehementer ingruentis, qui totam implevit domum h. quo domus circum sonabat.

h) Verba sic se habent: „Die Luft war damals mit elektrischer Materie erfüllt, und die Jünger waren in einer heftigen Gemüthsbewegung, welche oft ganz allein elektrische Funken und Flämchen aus dem Körper lockt.“ &c.

Similiter tamen iam Wetstenium hunc locum accepisse puto, qui excitat Plin. H. N. II. 37. „*Hominum quoque capita vespertinis horis magno praesagio circumfulgent. Omnia incerta ratione et in naturae maiestate abdita.*” Addere liceat, si quis tanti putet, Claud. de IV. Conf. Honor. v. 191 sqq. et quae apud Livium, Florum et Val. Max. de Tullo Hostilio narrantur. Frequens praeterea apud profanos mentio iniicitur similis phaenomeni, furente tempestate in navium transtris et antennis observati (nostris St. Elms Feuer) atque pro Dioscurorum auxilio, in tali discrimine nautis periclitantibus salutari, olim quod habebatur. Vid. Interpp. ad Theocr. XXII. 6. Horat. Od. I. 12. 27. Flacc. Argon. I. 573. Alia recentioris aetatis exempla adhibet Ill. Hezel l. c. et cf. p. 590 sqq.

### §. 20.

#### Interpretatio de mera mentis visione.

Iam vero commemoranda quoque est aliorum interpretandi ratio haud contemnenda, qua non externum phaenomenon, sed merum menti visum aliquod seu speciem non nisi phantasiae obversantem intelligunt. Sic b. Heumann (Erklärung d. Apostelg. p. 62 - 64.) Apostolos putat ecstasi quadam correptos vidisse linguas veluti igneas, et conferre iubet visionem Petri ecstaticam Act. X. 9 sq. relatam.

Sed huius ad quem provocat loci, de *singulo* homine ubi mentio fit, plane alia est ratio. Diserte ibi etiam v. 10. adiicitur: *ἔπεπτεσεν ἐπὶ αὐτὸν ἑκστασις;*  
qua-

quare rectius, si quid sentio, comparari posset Matth. XVII. 3. cf. Marc. IX. 4. Verbum vero ὀπλομαί, quod urget Heumannus, saepius etiam (monente Ven. Lessio l. c. p. 48 sq.) de visu oculorum usurpari solet, ut ubi de mentis aliqua visione vox illa sit intelligenda, adiecta quadam declaratione lector fere semper moneri so- leat, quemadmodum Act. XVI. 9.

Attamen nuperrime etiam Vir Summus Herder in li- bello supra citato, p. 58. 60. Apostolos sensibus non ex- ternis sed internis, qui menti tribuuntur, flammis igneas adspexisse, non sine aliorum quoque assensione suspicat- us est. Vide sis tamen, quae opponuntur in N. Allg. d. Bibl. Tom. XIII. sect. 2. p. 430 sqq. ubi auctor incertus probat interpretandi modum, qui laudandus adhuc restat, (Cf. Ven. Storr quae opponit in Diss. exeg. in libros N. T. histor. III.)

§. 21.

Explicatio de metaphorica animi valde com- moti sermonisque vehementer concitati descriptione.

Verba nimirum ὡφθησαν αὐτοῖς γλωσσαι ὡσεὶ πυρρος metaphorice de animi impetu vehemente, seu de igneo quodam quasi ardore, quo locuti sint Apostoli, ab aliis accipiuntur. (Fortasse tunc scribendum fuisset ἐν αὐτοῖς) Antiquiores qui huic favent sententiae in- terpretes nominantur a Lilienthalio (Gute Sache der Göttl. Offen.



Offenb. t. XI. P. 325.) Cf. Lakemacher Comment. de  
Linguis inter Apostolos distributis in Observv. Philolog.  
Helmst. 1725.

Recepta quoque haec explicatio est Ill. Eichhornio, qui  
(Allg. Bibl. d. bibl. Lit. III. p. 232 sqq.) sonum in aëre  
vere auditum concedens, flammaram apparentium de-  
scriptionem ad animi commotionem atque inflammationem  
referendam censet i) Ad quem loquendi usum proban-  
dum V Ill. scriptores Rabbin. comparat, e. g. Schir Ha-  
schirim rabba fol. 10, 2. „eo tempore, quo viri docti stu-  
dent in lege, ignis circa ipsos flammavit &c” A Viro Il-  
lustri in diversas partes abit S. R. Storr de locorum e se-  
rioribus Iudaeorum scriptis allatorum vi probante omnino  
dubitans. Vid. Dissert. exeg. in librorum hist. N. T. ali-  
quot loca p. II. p. 73. quem locum ad verbum transcri-  
bere optimum fuerit.

„Verum nescimus, an ipsis illis locis, quos V. D.  
p. 233 sq. ex Schoetgenio protulit, iudaici scriptores  
cre-

- i) Sic Proverb. XVI. 27. *ardens ignis tribuitur labiis,*  
propter magnum verborum effectum. Cf. Interpp.  
ad Iac. III. 5. Eodem modo Cicero loquitur Clar.  
orat. c. 24. „*omnis illa vis et quasi flamma ora-*  
*toris exstinguitur*” — Hoc sibi et voluisse videtur  
C. F. Bahrdtius in libro satis noto: *Neueste Offen-*  
*barung &c. sic vertens nostrum locum: „als ob flam-*  
*mendes Feuer ihuen zum Munde herausbrannte.*”  
Similia metaphoricè dicta recenset Ven. Henke: de  
figurato dicendi genere fonte multarum in historia  
Christiana, fabularum Progr. Helmst. 1788.

D

credulis popularibus persuadere voluerint phaenomenon aliquod igneum, cuius praesentia Deus studium legis, indeque captum ab iis voluptatem exornaverit atque illustraverit. Eandem certe fabulam de igne circa R. Eliezerum et Iosuum flammante alibi (vid. Danzii Progr. de promulgat. etc.) cum hac adiunctione narrant, quod infantis circumcisi pater, a quo Rabbini flamma cincti in convivium adhibiti fuissent, domui suae timuerit, ne incendio excitato deleretur. — Nec loquendi formulam in scriptis Iudaeorum multo recentioribus repertam, cum Luca communicare licet, nec Lucas formulae *πλινθίωναι πνεύματος ἁγίου*, qua saepenumero utitur, alias unquam addit flammularum velut ignearum mentionem, sed hoc uno loco inter alia phaenomena sub sensus cadentia — commemorat.”

Nec incredibile (addere posses) Iudaeos in libris Talmudicis invidia contra Christi adfectatores ductos, eiusmodi flammularum adparitionem vel hoc de causa finxisse, ne ea in re cederent Christianis. Num praeterea in eo, qui historici munus sustineat, tam poetica dicendi ratio ferri bene possit, dubitare saltem licet.

Mihi quidem, ut verum profitear, interpretatio de procella, quacum scintillae electricae (coelo nimirum tonitrua parturiente) apparebant, verisimillima et loco subdivali, ubi rem peractam esse statuimus, accommodatissima videtur. Caeterum satis probabile est, flammulas mox iterum evanuisse, nec multitudine accurrente, aëreque immutato, amplius conspectas esse. *Accurrentes enim* (sunt verba Ven. Lef.



Lessi l. c.) neque de vento impetuoso neque de lucis splendore mirationem testificantur,

§. 22.

De effusione Sp. S. istam apparitionem infecuta.

Fragor ille de coelo exortus, flammulaeque mox evanescentes, signum externum Spiritus St. in Apostolos illabentis adventum portendens, possunt haberi. Mox enim ipsi et simul forsan discipuli cum iis congregati Spiritus S. in eos descendens mirificam vim experiebantur.

Ex vulgari sermonis antiqui usu per adventum Dei memorabilis Dei operatio semper significatur k). Quid-  
D 2 quid

k) Apud profanos solenne hoc est, quod vel ex lectione V. T. et Homeri abunde constat. In manus nunc venit Virg. Aen. III. 89. „Da, pater, augurium, atque animis in labere nostris” pro: infinua (Apollo) vim tuam nostro animo Vid Ill. Heyne ad h. l. — In contextu nostro ommissio subiecti post ἐκαθίσσε difficultatem movet. Sensu quidem bono ex statim seqq. supplere posses πνευμα αἴγ. ut sit, Sp. S. in quemlibet Apostolorum descendit, quemadmodum Act X. 44. ἐπέπεσε τῷ αἴγιον, mentibus infedit. Praeter vero quod idem prorsus dicitur verbis statim adiectis: καὶ ἐπληθύνθησαν τῷ αἴγ. ommissio vocabuli πνευμάτος, quod nondum antecesserat paullo durior esse videtur. Ma-  
lim

quid porro humana sapientia multo praestantius fit, quid-  
 quid homo Christianus dignitate eximia instructus, pie et  
 sapienter atque feliciter agit, id (ex ipsius Pauli doctrina  
 I Cor. XII. 3.) huius *πνεύματος ἁγίου* beneficio tri-  
 buendum est. Cf. I Cor. III. 16. Hebr. II. 4. Similiter  
 et alibi *πληθεὶς πνεύματος ἁγίου* audiunt, qui  
 facundia oris, egregia dictionis vi, rerumque gerendarum  
 prudentia instruuntur. — Sic nunc repleti Sp. S. dicun-  
 tur, quos Deus agitabat et in quibus maiora, quam quae  
 a naturae communis vi expectari poterant, virtutis suae  
 accessione operabatur. Ita adeo divina Spiritus St. vi nunc  
 corroboratos dicamus Apostolos, ut primum hoc die  
 publice docere auderent, miraculosam potestatem ad fi-  
 dem sibi parandam necessariam, perfectioremque simul  
 religio-

lim adeo vel ex antecedd. reperere: *το πῦρ ἢ  
 γλῶσσα ὡσεὶ πῦρ*, particula ignis institit,  
 incubuit et singulis inhaesit; vel, sensu eodem re-  
 manente, subaudire *τῷ*, quod satis frequenter omitti  
 solet. Numerus praeterea singularis, cum plurali  
 subiecti iunctus, dum facit ad distributionem ignis  
 apparentis exprimendam, huic loco esset aptissimus.  
 Simili modo in epist. ad Galat. cap. VI. init. prono-  
 mine pluralis numeri praemisso, aliud diversi nu-  
 meri cum verbo additur. Plura huiusmodi purae  
 graecitatis exempla diligenter collegit Vigerus p. 190  
 ed. Zeune. Altera lectio *ἐκαστῶν* non nisi ex  
 emendatione orta esse videtur. Versiones quidem  
 non nullae antiquae per pluralem explicant, quod  
 non est mirum, cum singularem aut pluralem sumas,  
 ad sensum nihil differat.

religionis christianae scientiam nanciscerentur, quanquam in posterum quoque maioris semper et perfectioris cognitionis compotes fierent <sup>1)</sup>. Alienum ab hoc loco esset excurrere in campum de viribus Apostolis a Deo concessis. Laudanda vero est erudita de donis Sp. S. extraordin. commentatio, cui recens scriptorum, qui hac in re versantur, praemittitur, auctore I. Ph. Kurzmann Gott. 1793. Adde Ill. Hezel. l. c. 2 St. 2 B. p. 372 sqq. Nuperrime haec charismata exposita sunt in Progr. de D. spiritual. a Dr. Mich. Weber (Wittenb.) profecto, quod in manus meas nondum venit.

§. 23.

De dono linguarum exter. in contrarias sententias Interpp. distrahuntur. I. Miraculum alii auditorum, alii loquentium fuisse statuunt.

Pro facultate adeo divinitus Christi discipulis concessa, et pro insigniore quo incendebantur affectu, exteris quoque

- 1) Perfectiorem Apostolorum scientiam h. die Pentecostes acceptam, ita fuisse comparatam, ut additamentum admitteret, ostendit b. Döderlein in: Christl. Relig. Unt 1. p. 346 et 350. „Diese Feyerlichkeit gab ihnen also den Geist nicht auf einmal, sondern war Symbol, sinnliche Versicherung, dass sie ihn hatten, war Einweihung zu ihrem Geschäfte, war das Siegel ihrer Bestimmung, zu welcher sie von dieser Zeit an durch Beobachtung, Nachdenken und Betrachtung über den Geist der Religion, durch vermehr-

que linguis loqui coeperunt Ad exterarum enim et diversarum linguarum usum h. l. *το λαλειν εἰς αἰς γλωσσαις* referendum esse, universali propemodum consensu Interpp. statuunt, licet *de modo ac indole* huius linguarum doni, si quaeramus, magna sunt sententiarum divortia.

Quod huius porro doni perennitatem, usum atque finem attinet, in quem facultas linguis peregrinis loquendi Apostolis concessa fuerit, magnam iterum in controversiam, quaestio deducta est. Potiora delibavisse consilio nostro sufficiet.

Duplex praesertim antiquitus recepta est interpretandi ratio 1) ut alii (maior nimirum interpretum numerus) Apostolos linguis extraneis, quas nunquam antea vel usu vel studio edidicissent, locutos esse existimarent, Spiritu Sto. res verbaque loquenti per inspirationem immediatam suppeditante; 2) alii contra unica lingua vernacula (Syrochaldaica vel graeca) ita Apostolos usos esse statuerent, ut auditores peregrini, *singulari tamen miraculo*, non secus omnia intelligerent, ac si sua in lingua paterna fuissent prolata. Miraculum tunc non loquentium, sed audientium fuisset. Quae quidem interpretatio velim felicitatis tantam, quantam antiquitatis commendationem sustineat m).

Pri-

*mehrten Eifer, und wirksamere Wunderkraft, noch mehr geschickt gemacht wurden."* Cf. Ven. Teller Magazin für Prediger III. B. 1 St. p. 29 sq. Bibliothek für Kritik und Exegese des N. T. I. B. 2 St. p. 226 sqq.

m) Erasmus in Act. X. 38. „*Semel, ait, duntaxat legimus Apostolos novis linguis loquentes — quamquam vero*

Priori vero ut rectiori si accedamus sententiae, ad rem magis mitigandam, cum multis Viris doctis forte erit statuendum, non unum quemque Apostolorum omnibus istis linguis esse usum, sed pro regionibus ad quas esset cuique, Evangelii docendi causa eundem, uni haec, alteri illa loqui contigisse. Hoc etiam voluit noster Lutherus, qui (Tom. XIII. p. 1400 ed. Altenb.) sic ait: (Am Pfingsttag) „hat einer mit den Griechen geredt griechisch, dort einer mit den Römern römisch, der dritte an einem andern Orte persisch &c.“

§. 24.

II. Alii perpetuum fuisse donum alii transiens contendunt.

Fuerunt praeterea qui, sublato Spiritus S. miraculoso impetu, diversarum linguarum donum (in signum adventus Sp. S. Apostolis concessum) ablatis flammulis igneis, statim cessasse censerent usumque adeo in ipsa hominum potestate et arbitrio nullo modo positum fuisse contenderent. Vid. Salmas. de Helenistica p. 252. „Non enim verisimile est, ultra illum diem durasse vim illam, quam Sp. S. iis afflavit, tantisper locum habituram, quam diu linguae igneae super caput cuiusque insedisse dicuntur. Cf. p. 254. Sic etiam Erasmus alique antiquioris et nostrae aetatis interpretes non perpetuum, sed transientem statuunt motum, qui subinde tamen inter conventus sa-

cros

vero proprius est, Apostolos id temporis unica fuisse lingua locutos, ac virtute divina factum, ut ab omnibus aequè intelligerentur.

ros redibat, ut Spiritus sic externo aliquo se manifesta-  
ret signo n).

Argumenta vero quibus omnem linguae memoriam  
e mente loquentis statim deletam fuisse probatum eunt  
VV. DD. non ita extra dubitationes sunt posita, ut vel in  
iis necessitas interpretationis sit, vel satis bene acquiesci  
possit. *Hoc enim modo* (ut verbis utar Ven. Lessii) *voces*  
*peregrinas ipsi loquenti ignotas proferre, nihil esset aliud,*  
*quam homine uti pro machina* Nec ita probabile vide-  
tur, maximum omnium donorum, idque alias non sine  
magno studio ac labore comparandum, ad momentum  
tantum subito transiens, nec nisi ad animos percellen-  
dos et ad loquentis dignitatem declarandam, concessum  
fuisse.

Videas tamen quae nuperrime ad hanc sententiam de-  
fendendam scripsit Ven. Storr. Not. Histor. p. 58 sq. et  
in Ill. Paul. N. Rep. III. p. 289.

§. 25.

n) Vid Chrysoft. Op. T. III. p. 76. ed. Bened. et cf.  
Middlet. Free Inq. p. 19. Essay on the Gift of  
Tongues Vol. II. p. 83. 87. Eiusdem Miscellan.  
Tracts (in versione theod. p. 199, ibique addita-  
menta editoris) — Reuss. diff. I. de d. Sp. S. mirac.  
p. 18. — Ernesti Prog. Pentec. 1765. repetitum  
in Opusc. theol. p. 457. Contra hunc praesertim  
(in Opusc. Tom. I. p. 210. Tom. II. p. 309 sqq.)  
disputavit Ven. Lessius, quem in hoc argumento  
tractando quoque secutus est Amiciff. Kurzmann. qui  
utriusque partis rationes modesto acumine expendit  
in Narrat. Crit. p. 8. 13 sqq. Cf. Ill. Hezel Schrift-  
forsch. 2 B. 2 St. p. 327.



## §. 25.

## III. Explicatio qua praevia disciplina ista facultas acquisita dicitur.

Neque vero reticendum est, in hac sententia de inhaerente huius doni constantique facultate eiusque ad religionem propagandam necessitate, dubia quaedam iterum aliis subire, quae impediunt, quo minus omnes difficultates pro sublatis habeant. Miraculoso enim modo infusum esse primis Christianae doctrinae praeconibus habitum illum, quo verbis antea inauditis animi cogitationes sensusque exprimerent, difficillime cogitatu videtur o). Praevia hinc potius disciplina ac exercitatione, locuturos facultatem istam sibi acquisivisse, tutius statuere, ac probabilius plures ducunt, quum etiam linguarum istarum Apostolos antea prorsus fuisse ignaros, nusquam diserte legatur. Certe praeter dialectum chaldaico-syriacam in Iudaea usitatam, graecae magis quam latinae linguae usum in omnibus hisce Romani imperii provinciis vulgarem fuisse constat p). Nec defuit denique Apostolis occasio  
unius

o) Subtilissime hoc exposuit Herder V. S. initio libelli supra citati p. 5 - 8. Nec legisse poenitebit quae praeclare hac de re disputavit Ill. Paulus in N. Rep. I. p. 289 sqq.

p) Hinc non est cur miremur, graecam linguam non commemorari in isto *non tam linguarum quam terrarum* recensu. (Latinam vero linguam aperte expressam tenemus verb. ἐπιδοῦμε. ἑωμ. v. 10. h. *nati Iudaei*, qui Romam incolebant, et vel negotiorum  
rum

et alterius linguae peregrinae facultatem acquirendi, cum Iudaeos ex omnibus propemodum orbis terrarum regionibus Hierosolymam venisse, dubitari non possit. Argumentis his annumerari forte potest, quod in oratione Petri qua suos defendit factique rationem illustrat, de dono linguarum miraculoso mentio nulla iniicitur. — His adeo, puto, causis permotus Ven. Rosenmüller in Scholiis ad h. l. (ut ante eum Semlerus) Apostolos linguarum exterarum notitiam quandam, usu et consuetudine cum Iudaeis ex peregrina terra advenis comparatam, habuisse censet, ita tamen ut (media quasi via incedens) divini quid et vires humanas superans in hac re cognoscere nullus dubitet. Vis miraculi enim ex Viri summe Vener. sententia, ad maiorem tranquillitatem fiduciamque a Deo

ex-

rum causa vel ad festa celebranda, Roma relicta ad-  
venerant. De hoc verbi *ἐπιδημεῖν* potestate, qua significat *in populo aliquo esse praesentem, peregrinare* vid. Xenoph. Memorab. I. c. 2. § 61.) V. S. Herder I. c. p. 13. „Kein Stammbaum von Sprachen; wird hier gegeben, sondern eine Landcharte von Provinzen. Lucas überblickt Provinzen, worin Iuden zerstreut waren, h. Iuden aller Art“ Quare et iure suo profitetur Ill. Paulus N. Rep II. p. 322: „Alle iene Ausländer sprachen etwa höchstens vier für Palästina fremde Hauptsprachen, lateinisch, griechisch, arabisch und etwa persisch.“ Cf. Ill. Eichhorn I. c. III. p. 248. Imo Vir doctiss. in Teller N. Magazin III. St. 1. p. 35. solam graecam h. l. intelligere mavult. „Diese griechische Sprache, im Gegensatz der palästinischen, war die eigenthümliche Sprache jedes unter ihnen.“

excitatam, ad entusiasmum porro quo loquebantur Aposto-  
 li, nec minus ad ipsas res quas referebant restringenda vi-  
 detur. — Quae ad perfectam vero linguarum peregrina-  
 narum notitiam adhuc decrant, ea disciplinam atque exer-  
 citationem subsequenter in posterum addidisse, suspicari  
 licet, (de ipsa graeca lingua id evincere studet Erasmus ad  
 Act. X. 38.) quemadmodum vel in doctrinis christianis  
 accuratius cognoscendis, maiores in diem progressus fe-  
 cisse videntur.

§. 26.

Continuatio.

Nolim hinc ego in invidiam trahere interpretum sen-  
 tentiam de exterarum linguarum facultate usu et consue-  
 tudine studioque comparata. Nec vero omni fundamen-  
 to destituta eorum est opinio, qui Apostolos indoctos  
 fuisse urgent, quippe quibus nec opus quidem fuerit  
 ista peregrinarum linguarum scientia, cum usus linguae  
 vernaculae una cum graecae et latinae quadam notitia suf-  
 ficeret, ad novam religionem in regionibus, quas acces-  
 serunt propagandam.

Hic quidem graecae linguae usus quam late (inde ab  
 Alexandri tempore) patuerit, ut ex disertis Ciceronis  
 verbis, p) sic vel ex iis, quae de graecis in ipsa Hieroso-  
 lyma

p) Pro Archia c. 10. — „quod Graeca leguntur in  
 omnibus fere gentibus, Latina suis finibus, exiguis  
 sane, continentur.” Plura adscribere loca similia ef-  
 fet uti in re non dubia testibus non necessariis. Cf.  
 Lightf. Hor. Hebr. in Matth. I. p. 253.

lyma scholis Interpp, ad Act. 17. 9. annotarunt, possumus assequi.

Nec Apostoli, quantum scimus, ultra illarum regionum, ubi graeca intelligebatur lingua, terminos progressi sunt q). Paulus quidem (Gal. 1, 17.) in Arabia docuisse dicitur, tamen ne levissimum quidem invenimus indicium, num arabica aliave lingua Evangelium tradens, usus fuerit. Verisimile potius videtur (sic Ernesti, Middlet. et et Cel. Eichhorn) eum in Iudaeorum ibi degentium scholis substituisse, in quibus quidem lingua hebraica (syro-chaldaica) vel etiam graeca s. hellenistica sufficiebat ad convertendos non solum multos, sed ad delegandos quoque alios, qui Arabica lingua utentes, Evangelium ulterius propagarent. Quod quidem, teste Eusebio (Hist. Eccles. III. c. 37.) etiam saeculo II. adhuc in more fuit r). Recentiorum vero de itineribus Apostolorum  
figmenta

q) Walchius bibl. theol. Tom. III. excitat eos, qui vitam Apostolorum enarraverunt. Argumentum eorum percenset Buddaeus eccles. Apost. p. 673. Etiam in additamentis ad Addison: Entwurf d. christl. Relig. (vernac. Lips. 1782) p. 262, sqq. recensum eorum, qui fabulose multa de itineribus Apostolorum scripserunt, legere licet. — Conf. Gudenus in: Geschichte des ersten christl. Jahrh. p. 430 sq. Schröckh II. p. 138.

r) Vid Middlet. Essay on the Gift of Tong. p. 101. Ill. Eichhorn. l. c. Tom III. p 242. Ven. Herder l c p. 19 et Ill Hezel Schriftf. 2. B. 2 St. p. 370. (Commentationem Thalemanni: de eruditione Pauli iudaica, non graeca Lips. 1769. 4. inspicere mihi non licuit) Caeterum non nulla quae huc pertinent. occurrunt in Lyttleton: Observations on the Conversion and Apostelschip of St. Paul.

figmenta omni iusta probatione destituta sunt, nullam enim eorum mentionem facit Lucas, cui unice hac in re fides habenda videtur.

Praeterea ne semel quidem, a nostro loco si recesserimus, Apostolos exteris linguis locutos diserte legimus, ut potius eos non nisi vernaculam et graecam (ex consuetudine et versione Alexandr. fortasse comparatam) caluisse, non sine probalitate quadam e variis N. T. locis colligere possimus. *Ipse Paulus* (si Hieronymum audiamus T. 4. Pars I. p. 409.) *ethnicorum Apostolus, Hebraeus erat ex Hebraeis, qui esset in sermone vernaculo doctissimus, profundos sensus aliena lingua exprimere non valebat*, cf. *ibid.* p. 183. 204. 314 sqq. et Wetsten ad Act. 21, 37. 14, 11. Apud quos multum valet scriptorum ecclesiasticorum auctoritas, adeant Middletonum l. c. p. 90. (et vers theod p. 164. sq.) qui de asperitate praesertim et ruditate graeci sermonis in N. T. multa ex scriptis Patrum loca hanc in rem collegit.

§. 27.

IV. Nova explicatio de variis legis interpretandae modis.

S. Ven. Herder l. c. novam aggressus est viam interpretandi, qua *ἑλεως γλωσσαις λαλειν* non sine magna veri specie, (si ipsius libellum legas) de dono explicat nova proferendi oracula, eaque sic interpretandi, ut audientium quisque suum legis exponendae modum,

dum, cognoscere possit s). Quae quidem sententia, etsi maxima cum doctrina et iudicii limatissimi acumine, ut a Viro Celeberrimo proposita sit, non omnibus tamen, (quod pace V. S. dixerim) dubitationibus exempta esse videtur. Lubenter equidem assentior in explicanda formula *γλωσση* et *γλωσσαις λαλειν* I Cor. XIV. de oratione cum magno animi spiritu profusa (vid. supra sect. I. §. 7.) qualis fuit apud Graecos *θεομαντων*, de quibus verba *σιβυλλαν*, *χρησμοδειν* etc. usurpari solent. Quo minus vero nostrum locum, ex annexa V. S. sententia de variis legis interpretandae modis accipiamus, impedire videtur v. 6. quo voc. *γλωσση* cum v. *διαλεκτος* permutatur, quod quidem per usum

- s) Iplius verbis sententiam exponam, in quorum usu V. S. exquisitissimus esse solet p. 79. „In der heil. Sprache heissen neue Zungen, neue Auslegungsweisen der alten Propheten, und meine Zunge heisst: mein Sinn, meine Auslegungsweise. p. 77.“ Jeder findet in ihren heiligen Sprüchen und Lobgesängen seine Lehre, seine Erwartungen und Hoffnungen. In allen möglichen Auslegungsarten erschien nemlich der Messias, den sie alle izt in der Person Iesu erkennen. p. 80. „Mit Zungen reden: viel begeistert reden. Mit neuen, fremden Zungen h. neue Weissagungen, Göttersprüche und derselben Auslegung hervorbringen. In eigenthümlichen Sprachen reden h. so jene vorbringen, dass der Hörer sich begeistert hingerissen fühlt, und seine eigene Auslösung, seine eigne Hoffnung in ihnen wahrnimmt.“ Cf. p. 70. 72.

usum loquendi *hoc sensu* fieri posse, equidem aliis nimirum exemplis destitutus, contendere non sustinuerim.

Vix praeterea (movente Viro incerto in N. allg. d. Bibl. XIII. p. 430.) assequi licet, cur ambigue haeserint auditores, suam legis explicandae rationem audientes, cum eos potius ex ipsorum audientium sensu interpretanti, toto animo assensos esse expectares. Conf. V. Cl. Schmid. Ueber die Gabe der Sprache am 1ten Pfingstt. in Ill. Pauli Memorab. St. VIII. Nr. 2. Ven. Storr Diss. exeg. in libr. N. T. histor. P. III. (1794.)

§. 29.

V. Interpretatio quae externas linguas ab auditoribus s. discipulis peregrinis adhibitas statuit, approbatur.

Nostrium non est, tantas componere lites, omnia tamen si accurate expendantur, prae caeteris expeditior eaque Lucae verbis accommodatior mihi interpretatio esse videtur Viri, cuius auctoritas apud me plurimum valet, Eichhornii, qui (respectu linguarum doni) omni specie miraculorum remota, Apostolos audito magni venti strepitu (ac conspectis, *addo*, flammulis huc et illuc dispersis) *laudes Dei, in ista praesertim auditorum copia*, animi maxima commotione (Spiritus S. iam super eos venisse sibi persuadentes) linguis peregrinis praedicasse iudicat. Vid. Bibl. III. p. 225.

Ipsi ex h. sententia Apostoli, magno ardore preces in Deum fundentes linguis, quas usu et consuetudine

com-

sibi comparaverant (v. c. latina, praesertim graeca et quae illis vernacula fuit Syrochaldaica) loquuntur, reliquae vero linguae in Palaestina non usitatae (v. c. Persarum v. 9. IO.) non ab ipsis Apostolis, sed vel ab auditorum peregrinorum accurrentium uno et altero, vel ab Judaeis peregrinis in numerum discipulorum receptis (v. 5. καλοικητες Ιουδαιοι ανδρες ευλαβεις) praeter vulgarem consuetudinem adhibentur. Conf. Celeb. Schmid. I. — Cum vero auditores postea demum v. 6. accurrisse legamus, nec religio nova tunc temporis iam ultra fines Palaestinae esset propagata, singulos e discipulorum numero eosque Hierosolymam incolentes intelligere, tutius videri possit. Sic quidem, quantum video, omnes difficultates tolluntur, modo tunc temporis eiusmodi homines Christianismo addictos fuisse posset probari. Credere vero hoc licet propter Ioh. XII, 20. de Iudaeis exteris Iesum qui videre cupiebant t). Adstipulatur huic explicandi rationi Ill. Paulus (N. Rep. T. II. p. 312.)

t) Meminerimus etiam, v. I. „omnes erant amice congregati” non ad Apostolos tantum, sed ad numerum forte centum ac viginti hominum (I v. 15.) referendum esse. Hoc saltem mihi quidem verisimilius videtur, legenti praesertim ea, quae (v. 15 - 18. nostro cap. ex Ioele cum facto hoc comparantur. Quid porro hoc die solemni reliquos Chrismi nomen professos divelleret ab Apostolis, quibus et alias adhaerere atque ad preces faciendas se iungere solebant. Quemadmodum nostro loco ad unanimitatem, animorumque coniunctionem exprimendam ait, omnes amice congregator fuisse, sic I,  
14.



p. 312, quem locum ad literam subieci u) ne fraudarem  
 legentes iudicio Viri sollertissimi. Quo praeunte quo-  
 que versum sequentem quintum cum antecedd. arctissime  
 coniunctum et illustrationis causa a Luca adiectum puto.  
 „Erant vero Hierosolymis Iudaei exteri, viri religiosi, ex  
 variis orbis terrarum nationibus advenae.”

## §. 29.

De Iudaeis, viris religiosi, ab accurrente  
 multitudine diversis.

Iudaei exteri, h. l. fuisse videntur ii, qui in Palaesti-  
 na habitabant inquilini, ut illud adeo verb. *κατοικειν*  
*sedem*

14. et IV. 32. eadam sententia exprimitur. —  
 Nec obstat in textu nostro v. 7. omnes appellari Gali-  
 laeos, modo duce Ill. Eichhornio, de sectae nomi-  
 ne hoc vocabulum accipiamus. Vid. Bibl. III. p. 247.

u) „Ein gemischter Trupp von Menschen war nach  
 und nach bey einem Hause stehen geblieben, auf  
 dessen platten Dache (denn von daher nur war die  
 Gesellschaft für die Untenstehenden sichtbar und  
 hörbar) sie religiöse Lieder bald in dieser, bald in  
 einer andern fremden Sprache (etwas in Ierusalem  
 doch nicht allzugesöhnliches anstimmen hörten.  
 et p. 315. „Man begnügte sich in der so lebhaft  
 gerührten Versammlung nicht, nur in der Landes-  
 sprache von Ierusalem zu beten; welche freilich alle  
 verstanden haben würden; jene mit der Gemeinde  
 vereinigten Ausländischen Juden, stimmen laut  
 auch in ausländischen Sprachen Gottes Lob an.  
 Manche Vorübergehende hören dies, finden es so un-  
 gewöhnlich, dass sie verweilen, und endlich aus  
 Missverständnis ganz wunderbar.” Cf. Ill. Hezel, I.  
 I. p. 320.

E

*sedem figere* opponatur ἰω παροικεῖν, quod alias occurrit et *ad tempus* alicubi degere et commorari significat. Vid. N. Lex Schleusn. h. v. Observant praeterea V V. DD. Iudaeis religiosis iisque locupletioribus in more fuisse, paterna sede relicta, Hierosolymam, Palaestinam saltem adire, ut praecepta Mosis accurate observandi, in templo praesertim sacrificia Deo offerendi facultatem et occasionem haberent x). Vide, quae praeclare ad h. l. monuit b. Michaelis l. c. Tom. II. p. 238. Cf. Ven. Herder Geist der hebr. Poësie II. p. 125.

Nolim

x) Iidem εὐλαβεῖς audiunt h. verecundi, circumspēcti, Vid. Suidas h. v. Tum transfertur ad timorem Dei, ut εὐλαβής fit: homo cultui Dei addictus, pius, religiosus, quemadmodum Luc. II. 25. Etiam de Apostolorum adseclis occurrit v. c. Act. VIII. 2. de iis, qui Stephani funus curabant. Alias fere semper usurpatur de Profelytis, (ut idem fit ac σεβομενος et φοβεμενος Act. X. 2. XIII. 16. 43. XVII. 4.) quos tamen prae caeteris Christianismo propensos reperimus. De voce vero Profelyt. vide quae docte disputarunt b. Michael. ad Act. VI. 5. et Matth. XXIII. 15. et Ven. Less. de donis Sp. S. p. 52. sqq. Quod adiecit Lucas „ex omnibus sub coelo populis”, h. e. ex variis diversisque regionibus, in quibus scilicet degebant Iudaei ubique iam tunc temporis dispersi. Etiam apud profanos, similis loquendi ratio ὑφ' ἡλίου, *sub sole*: pro ubivis terrarum, tam vulgaris est, ut exempla adhibere, vix attineat.

Nolim tamen acerbus videri in ista tenenda vocis *καλοικειν* potestate, iisque refragari, qui, ex usu loquendi Hellenistico, Iudaeos et Profelytos non firmum ac perenne domicilium ibi habentes, sed ex variis orbis terrarum provinciis, festorum et negotiorum causa advenientes intelligere malint. Vel inter hos enim esse poterant fideles, iam Christi nomen profitentes, v. c. Simon ille Cyrenaeus Marc. XV. 21. Nihil tamen mihi esse videtur dubitationis, ab his Iudaeis s. Profelytis religiosis, diversam fuisse multitudinem accurrentem, quae ad preces faciendas aut in alio templi oeco aderat, aut transiens ardentem in ὑπερω<sup>ω</sup> precantes audiebat. — Sine dubio enim verba illa v. 5. „Erant vero Hieros. I. ext. — si ad sequentia explicanda spectarent, post verbum demum sextum ab auctore interposita fuissent. Quod si quis (cum Viro doctissimo in Allgem. Litteraturz. N. 259. 1795) illos viros externos de auditoribus accurrentibus intelligere versusque hunc cum sequentibus coniungere maluerit, is forte v. 4. *ἐλεσας γλωσσας* non tam de linguis peregrinis quam de singulis nominibus et formulis ex auditorum lingua petitis (ut Act. X. 44. XI. 15. et reliquis in locis supra explicatis) interpretabitur. —

Haec vero multitudo (v. 6.) rumore exorto y) accurrens obstupuit, cum audiret magna animi commotione

E 2

preces

y) *γενομ. δε της φωνης i. q. v. 2. ηχος.*

Alii de rumore sumunt alte ardentemque precantium,  
qui

preces in Deum fundentes et cum quisque intelligeret sibi vernacula lingua (praesertim graeca) eos loquentes.

§. 30.

Quid mirati sint auditores convenientes mente consternati?

De hoc stupore quo perculsi invicem dixerunt: „*ετις nonne omnes qui loquuntur Galilaei sunt!* etc.” vulgaris interpretatio (quam etiam tuentur V V. summe R R. Rosenmüller ad h. l. et Storr l. c. p. 74.) haec est: multitudinem obstupefactam esse, quod in Galilaea natos, homines rudes ac plebeios, nec literis nec itineribus exultos, peregrinis loqui sermonibus audiret. Verisimillimum mihi quidem videtur statuere quomodo etiam Ill. Eichhorn rem explicat; non a gente et patria ita appellatos esse Christi adsectatores, sed ab ipso potius duce, quippe qui contemptus causa, vel quia in Galilaea plerumque commorabatur indeque ad festa proficiscebatur, ὁ γαλιλαίος a Iudaeis vocari solebat. Vid. Matth. XXVI. v. 69. Conf. Wolf in curis ad h. l. et Ven. Schleusn. in N. Lex. N. T. h. v. Ill. Hezel l. c. p. 334.

His adeo admissis, mirati sunt auditores, quod Christi nomen professi, seu Galilaei (ut tunc temporis audiebant) usum

qui repentino quodam, quasi vento, impetu animi incitabantur. Ill. Hezel l. c. p. 321. „*das Geräusch dieser laut und mit starkem Affect betenden Christen reizte die Neugier der vorübergehenden Juden.* Cf. Ill. Paulus N. Rep. II. p. 312.

usum exterarum linguarum, contra morem Iudaeorum receptum, in rebus sacris admittere auderent, cum antea non nisi lingua hebraica, pro sacra habita, eas facere liceret. 2). Loca quibus probatur magnus Iudaeorum linguarum profanarum contemptus allegat Wetsten. ad Act. VI. 1. cum quibus comparare licet, quae egregie monuit V. S. Herder in libello saepius citato p. 16. 17. et 65. sq.

## §. 31.

## Continuatio.

In diversas partes abit Ven. Storr, Vir auctoritate insignis, (Diff. exeget. in librorum hist. N. T. P. II. p. 75.) qui, non adeo novum et inauditum fuisse alius ac sanctae linguae usum in orationibus sacris, arbitatur. „*Exteri Iudaei (ut verbis V. S. utar) quibus concio illa magnam partem constabat, profanas linguas ipsis vernaculas minus fastidire adsueverant. Ne Hierosolymitani quidem, quamvis libentius audirent vernaculam ipsisque domesticam*

*lin.*

2) Vid. Ill. Eichhorn III. p. 247. „*Stauwend über diese Neuerung in der Wahl der Sprache, sagte einer zu dem andern, gehören denn nicht alle diese zu der Galiläersecte, die es mit den Aenderungen in der Religion Moses halten, die aus Galiläa ihren Ursprung haben? Wie kommt es, dass wir Iuden in unsern Landcssprachen, feyerliche Religionsvorträge halten hören; was will noch daraus werden, wenn diese Secte immer noch in mehreren Puncten von den Gesetzen unserer väterlichen Religion, ihren Sitten und Gebräuchen abweicht!*“ Cf. Teller N. Magazin f. Prediger III. B. 1 St. p. 34.

linguam, miraturi aut moleste laturo fuissent orationem, externo sermone habitam." — Non tamen a me impetrare possum, ut ex loco (Act. XXII, 2. ubi non de hymnis in laudem Dei in templo Hierosol. decantatis, sed de publica Pauli ad populum oratione, sermo est) unde argumentum petiit V. S., tam firma huius sententiae praesidia construi existimem. Nexus vero conuatis 7 et 8 quem desiderat V. D. in illa interpretatione, nisi fallor, satis bene se habet, modo post particulam καὶ, ex antecedd. ἐθαυμάζον λεγούτες repetere velimus, ut ipsius Lucae sit haec particula referentis, non eorum qui obstupefacti sunt. Quod nisi placet, illud καὶ non *et tamen*, sed simpliciter *et* s. exegetice ut saepe *et quidem*, *nempe*, *scilicet* significare putemus, ut hoc adeo contextu hi duo versiculi inter se cohaereant: *Nonne tam multi sectae Galilaeorum se iam addixerunt, quos nempe linguas exterarum atque profanarum (in rebus ad religionem spectantibus) cum sacra permutantes audimus?*

Quod si quis alia forsitan, quae me nunc fugit, causa permotus hanc explicandi rationem, qua nomen Galilaeorum h. l. non patriae sed sectae esse diximus, admittere dubitaverit, ei ad sententiam Ill. Paulus confugiendum erit, qui auditores, in Galilaeae solo τὰς λαλιὰς omnes ortos sibi persuadentes (facillime enim e variis multisque terris aduenientes inter se permutari poterant, praesertim Iudaei) non minus in errore versari suspicatur, quam qui v. 13. irridentes, dulcis vini eos plenos esse dicerent. Verba enim multitudinis mirabundae

dae

dae Lucas refert, haud vero suo nomine omnes loquentes in Galilaea natos esse contendit. Vid. N. Repert II. p. 312. locus dignissimus qui legatur: „Indem nach und nach bey diesen ungewöhnlichen Gesängen und begeister- ten Reden (v. 6. ΦΩΝΗΣ ΤΑΥΤΗΣ) eine ziemliche Anzahl Neugieriger verweilte, so fragte natürlich dieser und jener: Was für eine Art von Leuten dann hier oben versammelt sey? „Es sind Galiläer“ berichteten die Nachbarn oder andere Bekannte. — Nun sah ein Theil des Haufens Wunder. Gebohrene Galiläer dachten sie, sollten ausländisch sprechen? Nur war es Uebereilung, dass sie sich diese Bestimmung: Gebohrene! hinzu dachten“ etc. Cf. Ill. Hezel I. c. 2 B. 2 St. p. 322. et p. 336. „Die vom Evangelisten genannten Ausländer waren Juden, die wie wir noch heutiges Tages zum Theil sehen, in Ansehung der Tracht ihr Charakteristisches behalten — und noch äusserlich, unter allen Zonen — Juden sind“ etc.

## §. 32.

## Continuatio et Conclusio.

Libero cuiusque arbitrio relinquendum est, utram interpretandi rationem praeferendam censeat, nisi utramque potius, quod fieri bene potest, coniungere forte libuerit. Accurrentes nimirum dicebant Galilaeos, quos lingua propria loquentes audiebant, cum eos novae sectae ex Galilaea ortae additos viderent, et omnes hinc ibi natos aut commoratos esse putarent. Aut, si quis malit, sectam quam unice in Galilaea versantem sibi persuaserant, in  
alias

alias quoque provincias propagatam mirantur. Caeterum ex ipso terrarum recensu sponte sua patet, illud *ἰδια διαλεκτῶ* promiscuo sensu intelligendum esse et de lingua proprie dicta (cf. v. II. *ἡμετερας γλωσσας*) et de dialecto h. peculiari eiusdem linguae caractere. Vid. etiam V. S. Schleusner h. v. *διαλεκτῶ*. Duriusculum hoc, vel emendatione ista admissa (qua pro *ἰσδαιαν* v. 9. legere malunt *Βιθυνιαν*,) semper manet. Ex voc. vero *Ἰσδαιαν* colligere licet, non nullos vere usos esse dialecto Galilaeorum, quam quidem diversam fuisse a dialecto Iudaeam incolentium, inter Viros doctos satis constat. Notissimus est locus ille Marc. XIV. 70. ubi Petrus sermone suo proditus ac pro Galilaeo agnitus esse dicitur. Vid. ibi Michaelis et ad Matth. XXVI. 14. Minus fortasse a verisimilitudine abhorret, si quis verba *Κηνες καὶ αραβες* ita transponenda putet, ut ante *ἰσδαιαι* (Iudaei origine et gente) *καὶ προσηλ.* (gentiles Iudaismum amplexi) legantur; hoc enim nomine Iudaeorum et Profelytorum Lucas omnes dictas gentes amplectitur, ne quis v. 9. 10. 11. recensum terrarum peregrinarum legens, aut exterarum linguarum usum rependens, Paganos forte intelligat. Ipsos autem auditores singulas has terras recensuisse, eodemque quo nunc eas dispositas legimus (ab ortu in occasum) ordine, ita mihi quidem a verisimilitudine abesse videtur, ut hoc potius *Lucae* post triginta annos elapsos



clapfos scribenti, adtribuendum esse censeam, suffultus iterum gravissima auctoritate Ill. Eichhorn. III. p. 248. et Viri summe Ven. Herder l. c. p. 13. Iudaei adeo, hoc enim inculcare volebat auctor, ex omni fere natione advenientes iam nunc mirabundi inveniebant, qui lingua uteretur suae terrae, sibi vernacula. Ambigebant hinc quid inde eveniret, et alius alii dixit v. 12. et 13.) „quid hoc sibi vult? Alii vero illudentes dixerunt: vino dulci sunt impleti.” In hanc ebrietatis suspicionem apud ignaros incidere facile poterant, (cf. I Cor. XIV. v. 23.) vel propter entusiasmum et spiritum concitatum, quo magna Dei opera praedicabant. Sic cap. X. v. 46. ΕΜΕ-  
 ΓΑΛΥΝΟΥ ΤΟΥ ΘΕΟΥ cf. sect. I. §. 10.

Recitasse h. l. videntur hymnos in laudem Dei, propter resuscitationem Christi e mortuis, evectionemque eius in coelum; vide 16. sqq. ubi Petrus tempus a Prophetis annunciatum longeque desideratum adesse, oratione perpetua ac perspicua declarat. Ex qua colligere quoque licet futuram religionis universalitatem, fuisse nunc materiam subiectam in qua tractanda versarentur Apostoli. — Ad ebrietatis vero suspicionem refutandam, sic idem omnes alloquitur v. 14-16. „Iudaei et vos omnes, Hierosolymam qui inhabitatis, hoc scitote, et auribus verba mea percipite, Nequaquam, ut vobis videatur, hi ebrii sunt, est enim tertia (ab ortu solis) diei hora. Argumentum sumtum est ab eo, quod consuetum et honestum est. Ebrietas enim, durante precatationis tempore, dissolutissimorum sane fuisset hominum. Iudaei

daei nempe religiosi matutinas preces non nisi ieiuni facere et post horam demum quartam (quae in nostram incidit circiter decimam antemeridianam) cibi aliquid gustare, imo diebus festis praesertim maioribus usque ad sextam horam, ieiunare solebant. Vide vitam Iosephi §. 54. p. 83. et locum quem excitat Wetsten. e Berachoth f. 28, 2. Cf. Polus synops. ad h. l. De ipsa tamen Petri oratione, qua vaticinio Joelis iam eventum respondere ostendit, ne tentaminis fines excedam, non habeo, quod addere liceat.

---

### Corrigenda.

Pag. 2. l. 10. lege linguarum, p. 3. l. 4. l. eorumque, p. 4. l. 14. l. primaevae, p. 12. l. 14. l. Desideratum, p. 20. l. 7. l. angustiis, p. 22. l. 11. l. quas, ibid. l. 4. et p. 24. l. 4. p. 30. l. 6. pro  $\tau$  in inf. et imper. pone  $\zeta$ . p. 27. l. 4. lege at, p. 40. l. 2. l. earum, p. 41. l. 10. l. reddebantur, p. 57. l. 10. exprimerent.

Reliqua, ubi in distinctionibus vel accentibus negligendis peccatum est, eruditus lector facile emendabit.

---

3 A 7979

Hinweise

Signatur	3 A 7979	Stok	Te
----------	----------	------	----

RS

Bub

AK

Titelaufn.

AKB

FK

2 Ex. ex. - Solenplan

Bio K

Bild K

SWK

Sonderstandort

Signum

Ausleihe-  
vermerk

III 9 280 Jd G 80/76

